domino subordinatae, & sub illius cura. Quod vero dicit Villalobos debere dominum à suo seruitio famulum expellere, si videa domi occasionem habere peccandi, laudo si faciat, obligacionem tamen non agnoscet, praeceps si domino utilis sit famulus, quia non tenetur occasionem peccatorum cum suo domino removere, & forte expulsus liberius peccabit: & ita tenet Arag. 2.2. quaf.33.art.4. ad finem.

9 Quod si de perlōnis corrigitis loquamur, omnes tam fideles, quam infideles sunt corrigiti: Nam licet infideles non fratres per gratiam, sunt tamen per naturam, & cui libet incumbit onus eorum salutem procurandi. Ita omnes Catholicici.

10 Difficultas est de Pragatis, an sint à subditis corrigiti? Et quidem debere corrigi, si delinquent, est expressa decisio Gregorii in cap. sicut 2. quaf.7. ibi sicut laudabile, & discretum est reverentiam, & honorem exhibere maioribus: ita reūtudinis, & Dei timoris est, & quæ in eis sunt, que indigent correctione nulla dissimilatio postponere: cum & proximi sunt, & arcuīs teneantur eos diligere. Advertendum tamen est hanc correctionem faciendam esse cum magna prudenter, & humilitate, & potius obsecrando, quam incepando. Alias nullius effectus erit. Itenque secretò, & non publicè; ex decreto Innocentij III. ex cap. cùm ex iniunctu, de hereticis & facit ad id cap. sententia, cap. qualis. 1. quaf.7. Quod intelligi debet, nisi peccata sint scandala, & publica: tunc enim publicè argui debent, etiam si nulla sperpetratur emendatio. Deinde captati debent tempora, quibus eriduntur magis esse dispositi & generaliter in hac correctione summa prudenter opus est: & in his Doctores conuecient cum D. Th. 2.2. quaf.33.art.4. Valent. ibi disput. 3. quaf.10. part. 4. Bannes & Caecanus ibi Torres disput. 89. dub. 1. Lorca disput. 43. Egidius de Coninch. disput. 28. dub. 4. art. ....num. 52.

## P V N C T V M VIII.

An ordo correctionis fraternæ assignatus à Christo  
Domino, Matth. 28. fit in precepto?

1. Quis sit ordo correctionis à Christo constitutus.
2. Ad quem finem est instituto resum.
3. Seruandus est hic ordo, quando adiunt aliqua circumspectio.
4. In hoc ordine non constituit Christus novum preceptum, sed preceptum naturale correctionis declarauit.
5. Satisfi quibusdam obiectiōibus.

1. O rdo correctionis constituit primò, vt peccantem admoneat secretò, & absque vlo teste, iuxta illud, si peccaverit in te id est, te sciente, corripi inter te ipsum salam. Quod si te non audierit induces testes, unum, vel duos si illos non audiunt, dices Ecclesiæ: si Ecclesiam non audi, sit tibi sicut ethnica, & publicanus.

2. Testes inducis, vt te adiuent in correctione delinqentis, forè enim peccator est te contempserit, testes reuerberabit. Quapropter solùm sunt inducendi, quando certò ex eorum inductione speretur vilitas delinqentis, vt bene aduerterit Lorca 2.2. quaf.33.art.8. disp.46. num.20. Quod si delictum testibus est notum, aut ratis natura, vt possit Prelato denunciare, inducis testes, vt testificent te, testificis officio, & obligationi corridenti secretò, ne postea ob non præmissam correctionem à denunciatione facienda repellaris, iuxta cap. cùm dilectis, de accusationibus & tradit Chrysostomus hom.61. in Matth. & ex Hieron. & August. Valent. disp.3. quaf.10. part. 5. 6. posse enim, pag. 683. Nunquam tamen inducuntur, vt testes in iudicio possint esse, quia hoc est extra finem correctionis fraternæ, & datetur occasio proximo negandi delictum, neque admittendi correctionem, si intelligere testes in iudicio contra illum esse depositi. Quare cùm Christus dicit, vt in ore duorum, vel trium sit omne verbum, id dixit, quia in ore duorum, vel trium facilius persuaderbit cor�pus id quod agit & malum esse, & emendatione dignum. Fata inductione testum, si adhuc delinqentis non corrigitur, dicendum est Ecclesiæ, hoc est, Prelato, & superiori, qui nomine Ecclesiæ intelligitur, vt infra dicemus.

3. Non defuerunt Doctores, qui saltē tamquam probabile defendant supradictum ordinam non esse sub precepto seruandum, sed solum sub consilio: ita Bernardin. de Arevalo tract. de correct. fraternæ, & Salmer. tom.4. in Euangel. part. 3. tract. 11. qui varias rationes, & testimonia adducunt ad hanc probabilitatem ad struendam: tēd omnes illæ solū probant hunc ordinem non esse semper seruandum, sed debitis temporibus, & circumstantiis, quando scilicet etetum delictum, & per correctionem secretam sufficiens emendandum præsumunt, neque alia ratio, boni communii, aut celso iniis cogit illum omittere: sic Lorca 2.2. quaf.33.art.8. disp.46. sect.3. membr. 2. art. num. 26. Torres disput. 89. dub. 2. concl. 2. cap. 3. Bannes art. 8. dub. 2. concl. 4. Valent. disp.3. quaf.10. part. 5. certum est pag. 676. Villalobos tract. 4. diff. 9. Egidius de Coninch. disp. 28. dub. 8. num. 138. Suarez tom. 4. de relig. lib. 10. cap. 7. & num. 10.

4. Quare pro certo tenendum est cum supradictis Doctori-

bus, & aliis pluribus, quos ipsi referunt, Christum Dominum in supradicto loco Match. & tradidisse preceptum correctionis, & declaratis modum, quo debet fieri. Non quia nonum aliqd preceptum tulerit, quod ex ipsa lege natura nostra oriatur, sed quia preceptum à lege natura obliterū traditum clariss explicit, ipsa enim natura dicta corrigitur esse proximum cum minori domino fame, & honoris, quo fieri posse, ac proinde si absque delictum inductione corrigit potest, ipsa natura dicta, vt corrigitur, & si solū vnicus testis sufficit, vt quid duo sunt adducendi, & si iis adductis emendatur, quare Ecclesiæ denuntiandus est. Est ergo hie ordo in precepto. Et ita definitum videtur ab Innocentio III. in capit. Nonit. de iudic. & cap. cùm ex iniunctu de heretico, & ab Alexandro III. in capit. licet Heli, de monia.

5. Neque obstat verba Christi non videri generalia, cum solū de peccatis, que sunt iniuriæ correctioni loqui videantur, in quibus secreta correctionis vix habet locum, sed illa omisla potest ad denuntiacionem procedi. Non inquam, obstat, nam elo de solis illis peccatis exp̄s̄e loquatur Christus Dominus ex communis sensu Ecclesiæ ad omnia alia peccata, que proximus committit te sciente, extenduntur: sicut Matth. 25. Operibus tantum misericordia promittit vita æterna, & tamen inde inferunt omnes Patres de reliquis bonis operibus idem esse dicendum: quia etiā aqua, vel efficacior ratio ita in presenti. Si enim in iniuriis propriis, in quibus expeti potest iudicari satisfactionis potest aliquando, & debet iniuriatus corrigitur delinqentem, vt tradi. D. Thom. 2.2. quaf.33. art. 7. in corp. & Bannes art. 6. dub. 1. §. deinde probatur. Torres disp. 89. circa fin. à fortiori in peccatis aliis potest, & debet hanc correctionem apponere. Præterea illud in te, non debet explicari contra te, vt communiter loquitur, quaf. tibi aliquam speciem iniuriam inutiliter, sed, vt explicat Lyra, Glosa, Hugo Cardinalis, & Augustinus sermon. 16. de verba Domini, id, coram te, te scientie; qui enim te scientie peccat, quasi te contemnit, ac proinde te in peccato, seu contra te, vel dici potest ut te peccare, quatenus te ad peccatum incitat, & suo malo exemplo mouet ad peccandum: sic ex Augusto, Anselmo, Chrysostomo, & aliis explicat Lorca disp. 46. membr. 1. num. 11. & optimus Suarez tom. 4. de relig. lib. 10. c. 7. annos. 12.

## P V N C T V M IX.

An renuntiari possit ab aliquo, vt secum hic ordo  
seruetur, quando alias ex precepto diuino  
seruandus erat.

1. Negariè aliqui respondent. & quibus probent.
2. Pro certo tenendum est Sociis renuntiari posse.
3. Satis rationibus contrariis.
4. Nemini licitum est impugnare quelibet quasitio colore hanc iuris cōfessiōnem.
5. Propositor quadam obiectio, an ex cōfessione iuris manifistari possit delicta superiori, qua alias ex charitate manifestari non poterant.
6. Satis si prædicta obiectio.
7. Religioſi Societas Iesu cedunt iuri in ordine ad correctionem fraternam non iudicalem.

1. P hilippinus de officio Sacerdotia tom. 1. part. 1. lib. 4. cap. 14. statim in princip. & Lorca 2.2. question. 33. art. 8. disput. 47. numer. 13. acriter defendit hoc ius renuntiari non posse, primò. Nam cito quilibet dominus sit propriæ famæ, ac proinde ob amicum honestum finem pati posset in illa detinendam. At præceptum diuinum de ordine in correctione seruando non loīlum attendit famam proximi, vt quā minus fieri possit ledatur, sed præcipue attendit bonus ipsius correctionis, vt melius, & congruentius fiat, & pacem, & quietem communiatum, & euratiōnem rixarum, & aliorum defectuum, que ex manifestatione occulorum oritur possunt: cui iuri non videatur posse cedere quilibet priuatus. Secundò cap. Prelatus erit minus aptus ad corrigitendum alio particuliari; tum quia gratis non est delinqentis, tum ob eius imperitiam, & forte prauum pfectum. Ergo in tali casu non est licitum priuata cōfessione vitii ad denunciationem inutilem detinendre. Ergo in hoc casu non porci subditus renuntiari iuri quod haberet de lete si monitorie facienda, & alias effet renuntiatio prodiga famæ, & pernicioſa. Cum autem in quilibet religione plures esse possint Prelati inefficationes in corrigitendis seceris aliquorum culpis, quam alii particulares, effici videtur non posse generatim hoc ius renuntiari.

2. Nihilominus certa sententia est posse quemlibet, & totam aliquam communiatem ( vt facit sanctissima religio Societas Iesu ) renuntiari iuri, quod haberet, vt libi peccata secreti corrigantr, antequam ad Prelatum deferantur, ipse deferens nullius culpa reus sit, etiam si correctionem non præmisit: ita docuit: Thomas Sanchez lib. 6. summ. cap. 18. Valentia 2.2. diff. 3. quaf. 10. part. 5. pag. 678. §. quintus casus. Torres de charitate, questione 33. articulo 7. disputatione 89. dubio 4. circa finem Suarez diff. 8.

disput. 8. de charit. sect. 6. num. 12. & tom. 4. de relig. lib. 10. cap. 7. num. 28. Ribadeneyra de instituto Societatis. c. 34. Aegidius de Coninch. 2.2. disput. 28. dub. 11. num. 297. Alphonus Rodriguez. 10.3. in libro spirituali monitis. c. 6. de correct. fraterna. tract. 8. Cantelius in preceptis Decalogi. lib. 2. cap. 69. num. 211. Iohannes Sanchez disput. 46. select. num. 29. Petrus de Ledesma sum. 2. 10. tit. 4. cap. 4. post conclus. 24. difficult. 6. pag. 291. Bannes 2. 2. que. 3. 33. art. 8. dub. 3. in reson. ad 2. part. prioris confirmat. 7. argum. vers. 33. ad aliud. Iij ramen Doctores, Ledesma, & Bannes addunt ibi maximum dubium esse, an contenientem sit talem renunciationem ab aliqua ratione communiter fieri; quia & executio est difficilis, & subditu turbari possunt scientes tuos defectus oculos. Praelato manifestari; sed haec inconveniens, & rationes nullius sunt momenti; ut recd. expedit Valent. Torres, Aegidius, & Suarez sfrag.

Ratio praecipua huius conclusionis est. Quilibet potest ob honestis fines detrimentum in fama, & honore pati, (vt ex communione sententia suppono) etiam dominus non sit famae propria, & honoris. Ergo potest renunciare ius quod haberet, vt sibi causa integra conferetur in correctione ob honestis fines, quae sunt major spiritualis correcti profectus; malitiaque securitas acciduo, submissio, & humilitas propria, integritas communianis. Negari enim non potest religiosos maiori circumflexione processuros, si sciant peccata occulta a qualibet scientie extra confessionem, vel gratia perendi auxilium, esse superiores manifestanda, omisso correctione securiores esse a reditu, & communianis magis indemne seruari. Ergo ob humiliando honestos fines possunt fama detinendum pati. Confitemo. Si proximus ob fines supradictos manifestaret proptimum peccatum Praelato, nonne laudandus esset? Ergo etiam ex confessio ipsius eius peccatum superiori manifestabatur ob supradictos fines, opus laudabile facies. Tandem si proximus iam fumant apud Praelatum amissus recte posset cum illo agere de eius peccato, si in tali tractatione operaris ex bono fine. Ergo idem videtur dicendum, quando ipse proximus non vult seruare suam famam apud Praelatum, sed iusta de causa tibi facit potestatem eius.

3. Ad primum argumentum contrarium admitto finem praepi non solum esse conservationem famae correcti, sed bonum ipsius correctionis, & pacem, & quietem communianum. At hic finis obtinetur, quando ex voluntate ipsius correcti delictum superiori manifestas; si etiobtinetur finis praepi seruandi signili in confessione, qui est non solum conferuare famam proximi (alias, & bene dicit Thomas Sanchez, ob bonum communium sumpi posset) sed eti faciliter ipsius sacramenti, & refutus illius viri, qui obtinetur, vel ut melius dicam, nullo modo laeditur, quando ex voluntate proximis culpa manifestatur. Ad secundum respondeo, confessionem iuris factam à subditis religiosis Societatis Iesu esse prudentem, & non temerarijam ac prouide esti generatam fiat, sub intelligentia fieri seruato fine praepi correctionis, qui est correctio, & emendatio delicti, quem finem si certum sit per Praelatum non esse obtainendum vel non esse obtinendum ita bene; ac per inferiorem, vel de illo dubium est (quod raro contingit potest, praepi in nostra Societate, vbi superiores tot informationibus de vita, & moribus factis apponuntur nequam tunc censetur quis cedere iuri conferuanda famam, ita teneat cum Abulensi. cap. 18. in Match. quaf. 98. ad fin. Thomas Sanchez lib. 6. sum. cap. 18. num. 47. Idemque colligitur ex Valent. Suarez, & Torrez sfrag. Semper enim supponunt melius at Praelato subditum esse corrugendum, & praecaudendum à recidivo, quam ab alio subdito, cui faciliter potest se emendatum simulare. Quapropter concludit Torres dub. illo 4. § addendum, tunc posse fieri denunciationem Praelato vt patri, quando habet inuitum odium contra subditum, & talis est, qui ex affectu vero paterno inquietu suo delinquenti tanquam dilecto filio curabit remedium altere; qui enim tenax sit secreti, & famam subditum cutam habet, iuxta doctrinam S. Thom. quodlib. II. art. 13.

4. Ex dictis inferitur nemini licere hanc nostram regulam de cito iuris, & mandationis delicti, quois disputant, vel etiam veritatis indagandis quanto colore direxerit, vel indirexerit, impugnare, aut contradicere. Tam quia à Paulo III. & Iulio III. nostrum institutum fuit approbatum, & confirmatum, & in eo omnes eius constitutiones, praepi que contradictione patiebantur. Tu quia Greg. XIII. in sua bulla, que incipit, Ascendente Domini, prohibet sub pena excommunicationis hanc impugnationem nostri instituti, ac cuiuscunque constitutionis, vt constat ex illius verbis, que ad longum referit, Petrus de Ribadeneyra libro 3. vita S. Patris nostri Ignatii. cap. 23. Tum quia de falso idem Gregorius damnavit libellum ciuitatium, qui hanc nostram regulam, & constitutionem impugnauit, vt testatur Turrianus 2. 1. disp. 89. dub. 5. Alphonus Rodriguez. in exercitio perfect. 3. part. 1. lib. 8. cap. 6. Aegidius de Coninch. disp. 28. dub. 12. num. 1. in fine, Suarez tom. 4. de relig. lib. 10. num. 1. in fine. Neque obstat constitutionem Carthusianam de non comedendis carnisbus in pericolo vita, à multis impugnari, tametsi à Sede Apostolica confirmata sit. Ergo etiam nostra constitutio confirmata sit à Sede Apostolica, impugnari poterit. Non, inquam, obstat, quia illa constitutio Carthusianorum non est expressa à Sede Apostolica

Ferd. de Castro SUM. Mor. & Ars. 1.

approbata, & confirmata. Nam quando Carthusianorum institutum confirmatum fuit ab Alexandro I II. & Caelestino III. non erat illa constitutio sancta; vt testatur Petrus Sutor. lib. 2. tractat. 3. cap. 2. fuit enim haec sancta anno Domini. 1294. in capitulo quadam generali ferè centano anno post ordinis institutionem, & approbationem. At nostra constitutio erat sancta, & latius controversia, cum institutum nostrum a Julio I II. & Gregor. XIIII. approbatum fuit. Tam quia Gregor. XIIII. & Iulius III. non solam nostram institutum, vt cumque approbant, sed etiam omnes illius constitutiones, articulos &c. Quantum exacta approbatio in Carthusianorum institutu non reperitur. Tum denique quia Pontifex prohibet haec, & de qualibet constitutione sub praetextu disputationis quomodo libet impugnare, que prohibiti non est facta in constitutione Carthusianorum.

5. Adversus supradicti obici potest sequi ex cessione iuris facta in Societate Iesu non dare aliis potestatem speciem manifesteri delicta superiori, que ex ipsa correctionis natura non habentur, ut proinde nemini incedere, vrsua delicta superiori manifestentur, si ex praepi diuino manifestari non poterant. Sequitur proba. Quando melius per correctionem secreta intellegitur emendandus frater, quam per correctionem superioris, vel de hoc dubium est, non intelligitur frater celsus secreta correctioni fraternarum, quia est iniqua celso, & contra charitatem, & bonum proprium. Quando vero melius per Praelatum intellegitur corrugendum, posse omisla correctione secreta delicta Praelato manifestare, etiamque ipse iuri non classifier, vt affirmat Ricardus in 4. distill. 19. quest. 1. art. 4. & Suarez de charitate, disput. 8. sect. 6. num. 17. & tom. 4. de relig. lib. 20. cap. 9. & 10. per tomum quia Iesu honoris, & famae proximi ex relatione ad superiori concingunt, abunde compensatur maioris fructu, & spirituali proximi profectu. Quando ergo bene per secretam correctionem, nullo modo peccator cedere iuri conferuanda fama, quia in tantum cedit, in quantum ad sui profectum, & emendationem delicti necessaria est, & expediens: non autem est necessaria, neque expedita talis manifestatio, si ergo bene per secretam correctionem, ac per Praelatum omnis fructus, & iuris dei aliis facultatem manifestandi delicta superiori, si ex ipsa correctionis natura illam non habent.

6. Fatorum eidem cessionem iuris non dare aliis potestarem manifestandi delicta, qua manifestari non possent, cessione iuris non obstante, nisi in eatu dubio de emendatione, vt infra dicemus. At quia fine hac cessione multi Doctores affirmant, vt sequenti puncto videbimus, non posse peccata occulta ad Praelatum vt Patrem deferri, non premissa secreta correctione, etiamque Praelatus maior cum utilitate, & fructu delinquenti est corrugendum & postea cessione iuris, certus est, ferre indubitarum posse tunc peccata ad Praelatum, vt Patrem deferri, omisla secreta correctione, quia in illo eatu nulla interrogatur peccanti iniuria, cum ex eius voluntate rationabiliter habita ob maiorem fructum, & spirituali profectu delicta manifestentur. Ideo in religione Societatis Iesu omnibus mandatur haec cessio.

7. Advertendum tamen est cum Suarez tom. 4. de relig. lib. 10. cap. 12. num. 3. & 35. Thom. Sanchez lib. 6. sum. cap. 18. num. 48. religiosos Societatis Iesu solum cedere, & contentire, vt eorum delicta deferantur Praelato, tanquam patri, non tangnam iudicii. Probat Sanchez, quia in dubio praesumitur actus ita gestus, vt sic in his quoad fieri possit oneraria agenti, vt multis probat Menoch. de presumpcio. lib. 6. 1014. presump. 9. & tempore presumpitur gestus eo modo, quo agenti vilius esse possit, tradit. Bartol. I. gerit. num. 21. ff. de acquir. hered. Tiraquel. de retradit. lignagio. §. 30. glossa 1. num. 34. Menoch. de presump. lib. 3. presump. 156. n. 16. Cum vero in renunciatione religiosorum Societatis tantum fiat mentio de denunciatione facienda superiori, neque explicetur, an fiat vt patre, vel vt iudice, explicanda est, vt fiat solum vt patre, quia ita vilius, & minus onerosa est renuntiatio, saepe reg. 9. & 10. sum. constitutionem Societatis, vbi dicitur, vt debito cum amore, & charitate omnes iuvemus, se corrugionem autem ester, vt bene dicit Sanchez, debitus amor, sed summis rigoribus omisla secreta correctione, Praelato vt iudicii peccata deferruntur. Item haec renuntiatio fit ad maiorem spiritus profectum, vt constat ex regula dicta, tum ex §. 8. cap. 4. ex animis tum ex decreto §. 2. VI. congregacionis, qui finis est prius correctionis fraternae, non judicialis, que propriis punitionem recipit.

## P V N C T V M X.

An quodlibet peccatum, quantumvis secretum, post  
Prælato deferri, omissa secreta correptione,  
quando existimatur Prælatus melius de-  
linquentem correcturus.

- 1 Stante cessione iuris id certum est.
- 2 Illa seclusa plures DD. negant.
- 3 Contrarium est probabilitus.
- 4 In religionibus semper presumendum est Prælatus melius cor-  
rectorum.

**S**TANTE CESSIONE IURIS NEMINI POTESSE EST DUBIUM TE POSSE PEC-  
CATUM PROXIMI AD PRÆLATUM, VI PATREM IN HOC CASU DEFERRE: ITA EXPRESSE VALENT. PAR. 5. PAG. 687. S. RESPONDEO, SUAR. TORRES,  
SANCHEZ, SUPRA ALLEGATI.

2 VERUM CESSIONE IURIS NON POSSIT NEGARE ADRIAN. IV. QUEST.  
DE CORRECTIONIBUS DECISIONE. SOTUS DE SECRETIS MEMBR. 2. Q. 4. DUB. 5. STANTIBUS IN PRIMO. NAVARR. CAP. INTER VERBA. & 11. QUEST. 3.  
IN 2. EDIC. CONCL. 2. COL. 44. N. 11. NAVARRA DE RESTITUT. LIB. 1. C. 4. TRACT. 4.  
EDIT. PAR. 2. DUB. 12. N. 120. PETRUS DE LEDESMA TOM. 2. SUMM. TRACT. 4.  
FOL. 202. DIFFICULT. 6. CONCL. 24. LORCA 2. 2. QUEST. 33. ART. 8. SECT. 3. DISP. 47.  
DUB. 10. & 7. NEGANT, INQUAM, IJ D. TE POSSIT PECCATUM PROXIMI  
AD PRÆLATUM, ETIAM VI PATREM DEFERRE, SI SUFFICIENTER EX TUA AD-  
MONITIONE SPERAS VELLITATEM. ETIAM PRÆLATUS APTIOR VIDEATUR AD  
CORRECTIONEM. QUA MANIFESTATIONE CRIMINIS PRÆLATO FACTA LÆDIS  
PROXIMI FAMAM. ERGO CUM HÆC LÆDIS NON SIT NECESSARIA AD CIUS  
CORRECTIONEM, NON EST CUR APPONATOR.

3 NIHIL OMNIS DICENDUM EXISTIMO OMITTI POSSIT CORRECTIONEM  
SECRETAM IN HOC CASU, PRÆLATO QVOCÉ VI PATRI MANIFESTARI DELI-  
CTUM POSSIT: ITA EXPRESSE CUM RICARDO, & DIU THOMA AFFIRMAT  
SUAR. DISP. 8. DE CHARIT. SECT. 6. N. 17. LAUREN. TOM. 4. DE RELIG. LIB. 10.  
TOTO CAP. 9. & 10. MOUET EXCO, QUOD MEDICUS CORPORALIS PRUDEN-  
TER VITIUM ACERBIORI MEDICINA, QUAMVIS NON SIT VALDE WILLIS, &  
TAMEN EST VALDE WILLIS. ERGO ETIAM SI CORRECTIONE PRÆLATUM  
NON SIT NECESSARIA SIMPLICITER, SI TAMEN EST VALDE WILLIS, & EFFICA-  
CIOR SECRETAE CORRECTIONE, POTERIS HAC OMISITA DELICTUM AD PRÆLATU-  
M DEFERRE. QUOD RELIGIONIBUS, VI BENÉ DICIT SUAR. HÆC SENTI-  
TENTIA SEQUENDA EST, IN ALIIS VERE, QUA MAGIS SUNT SUI IURIS, NISI  
FRUCTUS NOTABILIS (PERPETRUM PRO CERTO, NON EST ADMITTENDA).

4 ADDENDUM TAMEN EST IN RELIGIONIBUS, PRÆCIPUE IN SOLERATE,  
SEM PER PRESUMENDUM EST MELIUS SUBDITUM DELINQUENTEM  
PER PRÆLATUS CORRIDIENDUM EST, QUAM A QUOBIL PARTICULARI,  
DUM CONTRARIUM NON CONSTAT. TUM QUA PRÆLATUS OCCASIONES  
PECCATI REMOURE POTES, QUAS NON POTES ALIAS SUBDITUS. TUM  
QUA IPSE PRÆLATUS PENITENTIAS, & REMEDIA APPPLICARE POTES, QUE  
PER ALIOS SUBDITOS NON POSSUNT APPPLICARI. TUM QUA DIFFICILIUS  
SUBDITUS SIMULARE POTES PRÆLATO EMENDATIONEM, QUAM TAME  
FACILIUS NEGOCIO SIMULARE POTES ALTERI FRATRI, SIC LATÈ EXPENDIT AGI-  
DIUS DE CONINCH. 2. 2. DISPUT. 28. DUB. 11. N. 202. SUAR. TOM. 4. DE  
RELIG. LIB. 10. CAP. 9. NUM. 11.

## P V N C T V M XI.

Quid possit PRÆLATUS facere ex denunciatione sibi vi  
patri facta de peccato subditi.

- 1 Non potest PRÆLATUS ex tali denunciatione iudicialeiter procedere.
- 2 Aliqua tamen moderata penitentia potest PRÆLATUS delinquentem punire.
- 3 Potest subditum à loco, & officio remouere, si hoc absque infamia  
sieri potest.
- 4 Quia prudenter debent superiores in hoc procedere.
- 5 Potest PRÆLATUS aliqui, vel aliquibus viris granibus delictum  
subditum manifestare, si hoc necessarium est ad eius corre-  
ctionem.
- 6 Rector collegij Provincialis manifestans delictum sui subditi,  
quam ab ipso tali manifestatione emendare potest, non vi-  
deatur mortaliter peccare.
- 7 Prohibilis est oppositum.
- 8 Potest PRÆLATUS subditum delinquenti socium designare fidelem,  
qui eius actiones explore, & PRÆLATO deferat.
- 9 An potest PRÆLATUS significare socio designato se male de subdito  
sensire, ut sic diligenter vigile?
- 10 Item potest PRÆLATUS subditum delinquentem coram duobus, vel  
triis testibus reprobare.
- 11 Si per denunciationem paternam remedium non adhibetur suffi-  
cium, & delictum vergit in damnum communicari, vel  
tertia persona, tenetur denuntians iudiciale denuncia-  
tionem facere.

**C**ERTUM EST NOSS. POSSIT PRÆLATUS EX TALI DENUNCIATIONE PRO-  
CEDERE IUDICIALEITER, & DELINQUENTEM PUNIRE: ITA OMNES

DOCTORES, VT VIDERE EST APUD SUAR. DISP. 8. DE CHARITATE, SECT. 21.  
NUM. 18. & TOM. 4. DE RELIG. CAP. 12. NUM. 16. & 43. BANNES DUB. 4.  
CONCL. 2. PETRUS DE LEDESMA TRACTAT. 4. DE CORRECTIONIBUS CONCL. 25. FOL. 192.  
QUA TUNC DELICTA NON MANIFESTANTUR PRÆLATO INDICANDA, &  
PNIENDA, SED PATERNO AMORE CORRIGENDA. QUAPROCTE DIU THOMAS  
2.2. QUEST. 33. ART. 8. AD 4. RICARDUS ARTIC. 3. QUEST. 1. AD 2.  
ADRIANUS IN FINE QUEST. DE CORRECTIONIBUS GAB. LEZ. 74. LITTERA T. SYLVESTER  
VERBO CORRECTIONIBUS DUB. 5. ARMILLA NUM. 3. ANTONIUS §. 4. SOTUS MEM-  
BRO 2. QUEST. 4. AD 3. LORCA 2. 2. QUEST. 33. ART. 8. DISPUT. 46. NUMER. 24.  
AGIDIUS DE CONINCH. 2. 1. DISPUT. 28. DUB. 10. NUMER. 176. SUAR. TOM. 4.  
DE RELIG. LIB. 10. CAP. 10. NUM. 2. & AFFIRMANT DENUNCIATIONEM  
PRÆLATO, VI PATRI FACTAM PERTINERE AD ILLUM SECUNDUM  
GRADUM CORRECTIONIS FRATERNE, QUI IMANDAUERIT A CHRISTI DOMINO  
ADHIBERI TESTES, SI SECRETO CORRIPIENTI PECCANS NON AUDIERIT.  
NAM QUANDO CHRISTUS DICIT, SI TESTES PECCANS NON AUDIERIT, DI-  
CENDUM EST ECCLESIA, ID EST, AC SI DICERET DICENDUM EST PRÆLATO,  
VI JUDICI, Siquidem habetur peccans, VI ETHNICUS, & PUBLICANUS, AC PROINDE VI EXCOMMUNICATUS, VI ECCLESIA NON AUDI-  
RET, QUOD ABIQUIT JUDICIO, & CAUCE COGNITIONE FIERI NON POTEST:  
& ITA DOCUIT DIU THOMAS QUEST. 33. ART. 7. & 8. LORCA DISPUT. 46.  
SECT. 2. MEMBR. 2. NUM. 3. & RESTAR ETI COMMUNEM. IDEM TRADIT  
RICARDUS 4. DISPUT. 19. ART. 3. QUEST. 2. AD 2. CHYRSTOMUS, DURAN-  
DUS, ADRIANUS, SYLVESTER, GAB. & ALIJ, QUS REFERT & SEQUITUR  
VALENT. DISPUT. 3. QUEST. 10. PAR. 5. PAG. 683. PROBABILIS POTES EX  
CAP. 30. NOUT. DE INDIC. CAP. 2. CM EX INIUNCTO, DE HERET. CAP. 1. HELI-  
GIMONIA.

2 VERUM EX HAC DENUNCIATIONE POTES PRÆLATUS HAC MODERA-  
TA PENITENTIA DELINQUENTEM PUNIRE, QUAE NEQUE INFAMIA IR-  
GET, NEQUE DELICTUM, SI GRAVE EST, MANIFESTET. ESET ENIM CONTRA  
IUS DELICTO NON PROBATO ILLUD PUNIRE, AC SI PROBATO EST, &  
SECUNDUM MANIFESTATIONEM AD CORRECTIONEM, PER PENITENTIAM EU-  
GLARE. AT ALIQUA PUNITIO PRO DELICTO, QUAE NULLAM IRGAT INFAMIA-  
M, & QUAE SOLEN COMMUNITER A RELIGIOSIS COMMITTI, LIMITES  
CORRECTIONIS FRATERNAE NON EXCEDIT, SCITU IN PARTE CARITATI CUM FI-  
LIIS CONTINGIT. SI VERD DELICTUM GRAVE EST, PRÆCIPUE SI PROBARI  
POTES, AD PENITENTIAM ALIQUAM SECRETARI POTES PROCEDERE,  
QUAE MAGIS CORRECTIONIS, & PRÆTERIATURO DELICTI EST, QUAM PUNITIA.  
SUAR. TOM. 4. DE RELIG. LIB. 10. CAP. 18. NUM. 37. & IN HOC SENSI DIXIT VIL-  
LAGUER IN SUA PRÆL. LIB. 2. II. DE DENUNCIAS, EUANG. CAP. 4. CONSOL.  
1. PAG. 103. PROPER DENUNCIATIONEM FACTAM PRÆLATO, VI PATRI, NON  
POSSIT PRÆLATUS PROCEDERE AD PENITENTIAM, IAD COMPUNCTIO-  
NEM CUIUS SECRETIS CORRECTIONIBUS ELABORARE, VI DICUT IN CAP. 8.  
TANTUM IN 6. QUEST. 2. & EST CONCILII VARENSES. & CAP. PLACIT. 6. Q.  
& CAP. ERUBESCANT. 32. DISP. INTELLIGITUR ENIM PENITENTIA PURA  
PUNITIA, NON CORRECTIONIA. EANDEM DOCTRINAM TRADIT SOTUS, DE-  
TENENDO SECRETO MEMBR. 2. Q. 4. CONCL. 7. SUAR. DE CHARIT. DISP. 8. SECT. 21.  
N. 18. & TOM. 4. DE RELIG. CAP. 10. N. 15. PETRUS DE LEDESMA 2. TOM. 2.  
TRACT. 4. CONCL. 2. 6. PAG. 293. VALENT. DISP. 3. QUEST. 10. PAR. 5. VERS. OCTAVI  
IGIUR. PAG. 683. VILLALOBOS TOM. 2. TRACT. 4. DIFFICULT. 14. CONFIDENT  
CONGREGATIO V. II. GENERALIS SOCIEDATIS IESU IN EXPLICATIONE DE-  
CRETI. 49. DE MANIFESTATIONE DELICTI. E. 15. PART. 2. N. 61.

3 SECUNDUM, POTES PRÆLATUS, CUI VI PATRI REVELUETUR GH CI-  
MEN SUBDITI ILLUM A LOCO, VEL MINISTERIO ALIO REMOURE, QUANDO  
MINUS EX FOLIO NUTR SUPERIORIS PENDET, & SIERI POTES REMO-  
TUS SIVE ILLA SIVE INFAMIA OMNIBUS CIRCUMSTANTIIS PRUDENTER CONFI-  
DATIS: ITA EXPRESSE SUAR. TOM. 4. DE RELIG. LIB. 10. 12. 13. & 14. 15. 16.  
TOM. 2. 2. QUEST. 33. DISP. 89. DUB. 4. S. SECUNDUM ADVERSUM. PROBABILIS  
QUAE EX CAP. QUALITER, & QUANDO Z. DE ACCUSAT. VBI PONITEX DICIT OR-  
DINEM CORRECTIONIS NON SEMPER CUM PERSONA RELIGIOSIS SEC-  
UNDUM, QUA FACILIS, & LIBERIS POSITI IN SIVE ADMINISTRATIBUS  
BUS REMONETI: & TRADIT CONGREGATIO, VBI SUPRA N. 5. & HABET IN  
6. CONGR. DECRETO 6. 1. MANIFESTAT. DELICTI. RATIO HUJUS CONCLU-  
SIONIS IN PROMPTE EST: NAM ELO DELICTUM NON FUCIT COMMUNI-  
SUM, NULLA DELINQUENTIA SUPERIORI IRGAT INJURIA IN REMONTE  
A TALI LOCO, & OFFICIO CUM PRO SVA VOLUNTATE ID POSSIT EFFICERE,  
ERGO SUFFICIENTER HONESTAT.

4 DEBENT TAMEN SUPERIORES MAXIMA PRUDENTER, & ANIMAD-  
VERSIONE PROCEDERE, TUM IN EXAMINANDO, AN NECESSARIUM EST AD  
EMENDATIONEM FRATRIS, & PRECAUENDUM DAMNUM, ILLUM AB OFFICIO  
& OCCUPATIONE, & HABITATIONE REMOURE. NAM SI HOC NECESSA-  
RUM NON EST, AUT VALDE VILE, NEQUAMQUA DEBERIT ALIO PRO-  
FESSUS, QUA EFT MEDIUM MINIS ALPERUM, & RIGOROFUM, SED POUDIS  
DEBERIT CUM EDEM MODO TRACTARE, & HONORARE, VEL COLLIGIAT EX  
CALIFIO PAPA RELATO IN CAP. PONDERER. 50. DISP. IBI, SI ALIQUIS LAPSUS  
QUOCUNQUIS MODO FUERIT, PONTEMUS EUM, & PATERO CORRIPIANUS AF-  
FECTU, & PAULO RELIG. PORRO S. DAVID DE MORTIFERIS CRIMINIBUS  
EGIT PENITENTIAM, & TAMEN IN HONORE PERMANIT. DEINDE DEBENT  
SUPERIORES VIGILARE, NE FORTE DELATOR INUIDIA, AUT ODIO ALIO MORUS,  
DELICTUM ALICUI IMPONERET, AUT COMMISERAT, EXAGERERET, VEL  
IN DECRETO 8. V. II. CONGR. SOCIEDATIS, DICITUR, SIBI CAVEANT  
SUPERIORES, NE FACILES DELATORIBUS AURES PRÆBEANT, DISQUIANT  
SINGULI, DONEC DELATE REI COGNITIONEM VENIANT, VEL AN INNO-  
CENTEM LIBERENT, AUT NOXIUM, FALSUMQUE DELATORIUM PRO REI  
MAGNITUDE PUNIANT. QUAPROCTE OB VNIUS DICUM, nulli  
ALII PRÆLUMPTIONES CONCURRENT, NUNQUAM CONFERENT DE-  
BERE SUPERIORM AB OFFICIO, & LOCO SUBDITUM REMOURE. EIT  
ENIUS RES NIMIS GRAVIS, & QUA SUBDITOS VALDE CONSTITUTA POSSIT.  
Quod

Quod si hoc sit absque culpa, iam ex se appareat, quam graue factum in re punire, nocente delatore manente indemni: & colligunt ex Suar. tom. 4. de relig. lib. 10. c. 12. n. 37.

Tertio potest Praelatus, cui delictum, ut patre est manifestatum dicere alioqui, vel aliquibus ex suis confiditoribus, si hoc necessarium indicat ad remedium adhibendum; quia in hac manifestatione utilitatem spiritualem delinquentis respicit, quae non illi delictum famam anteponendam est: ita expressè Torres 2. 2. 9. 33. ap. 89. dub. 4. circa fin. & tradit Congregatio ubi supra num. 3. & 4. & in Congregat. 6. decreto. 62. ibi habita ratione finis denuntiationis patrem potest ipsum delatum aliquando monere, & corrigitur fecerit coram duobus testibus, vt ex Euangeliō cum sancto Thoma docent DD. Item & de remedio consulere imponendo fecerunt iis, cum quibus communicat.

6 Sed dubium est, an si superior immediatus collegij possit solo delinquentem à reincidentia praecaudere, pecceter manifestando delictum Provinciali: Videlicet enim peccare, quia iam illa manifestatio delicti, & amissio famae non habet hunc paternum delationis, que est fratri lucrum, cum absque illa lucratus sit. Taciteque id insinuator in supradicta Congregat. VI. decreto 63. Potest etiam superius dicere rem sic delatam, & notam alteri superiori eiusdem delatam, quando res ita postulauerit ad finem paterna delationis. Ergo è contra quando id non expostulat, nequaquam potest. Dices, esti non expostulatur ut necessarium, expostulatur in conuenientiis, ne Provincialis ignarus, huius delicti delinquenter exponat alii similibus, vel gravioribus commitendis. Fator est habere rationem probabilem esse nullum peccatum in tali manifestatione committi. Si enim probabile esse diximus in materia delationis reuelare peccatum vni, vel duobus viris graubus, qui magis prodest possum, quam obesse, non fore peccatum morale, etiam ex leuitate, & loquacitate reuelatur, à fortiori probabile est, quando ex recto fine manifestatur, & ex alia parte non leuis conuenientia intercedit.

7 Verum quia inde oftum aperitur manifestandi pluribus delictum committim, probabilis existimo non licet Provinciali monetinam si solum ob maiorem securitatem à reciduo, & non ob necessitatem, quæ appareat, licet monere: etiam si licet habet superiorum immediatum, quem delinquens habet, & Provincialia sequentem, cum tunc secundum erit delinq. à reciduo, quod quidem non est concedendum. Eaque de causa dixit eadem Congregatio. VI. decreto 60. & Congregatio. VII. decreto de manifestat. delicti. cap. 15. num. 2. sine virgintate necessitate, & magna utilitate reuelantur, non ob necessitatem. Expendit verba, sine virgintate necessitate, & magna utilitate, que non conuenientia, sed necessitatem indicant.

8 Quarto potest Praelatus subditu delinquenti sicutum defigere Redem, qui eius actiones explorat, & referat superiori: ita Bannes 2. 2. 9. 33. art. 3. dub. 5. Torres ibi disp. 89. dub. 5. Ratio est, quia superior ratione sui officii obligatus est vitam subditorum inquirere, quia cura commissi sunt, quod alii priuatim datum non est. Quapropter D. Greg. lib. 2. regis. epiph. 42. nullus modo excusat Praelatum à correctione subditorum ex eo, quod dicat se subditorum delicta nescire. Inquit enim: Quia potest esse pastoris exaltatio, si lupus oves comedat, & pastor neciat: Ergo signum claram est tenet pastorem vigilare, & examinare, an lupus oves comedat, & damnum inferat.

9 Adducit praterea Bannes & Torres, primo posse Praelatum facio significare aliquam malam de subdito suspicionem habere: dicendo obserua illam si iam apud Praelatum subditus diffamatus fatus est contra Secundum, dicens posse sic designatum non praemissa correctione delictum fratris superiori, ut patri deferre. Vtrumque dictum non vndeque probo. Non primum: si cuim absque male opinionis significazione potest facio vigilantia commendari, quæ cauta est potest honestas infamiam evitare? Neque etiam probetur. Nam si delinquens correctione fraternali sufficiente intelligetur emendandus, aquæ bene ad Praelatum, (quod raro succedit,) non debet Praelato denunciari; nam esto apud Praelatum grauata sit eius opinio, non est dubium, quia multo amplius per repetitionem delicti grauerit quia si exculpat potest, charitas id exigit. Verum si superior corrigens delinquenter de eius emendatione non maneat lecitus, exstipto posse facio exploratori significare, non recedit de tali subdito sentire: ac proinde necessitatem esse vigilantiam super illum, ut sic aperiatur via socio defendendi superiori crimen, si viderit. Nam in tali causa locutus præsumere non debet se posse efficaciter corrigerre, cum præsumere debet monitus suis, & non esse, emendatum. Ergo ab aliis præmissa correctione debet tunc manifestare, & Praelatus potest sub precepto ad eius manifestationem obligare. Tum quia nomine Praelati delictum cognoscit? tum quia presumere non potest rationabiliter correctione secreta esse sufficienter emendandum.

10 Quinto potest Praelatus ( si ei moraliter constet de delicto subditi, saltem de delacionem vnius testis oculari, de quo nul-  
la potest esse suscipio falsum imposturus) grauiter subditi unum reprehendere etiam coram duobus, vel tribus testibus: si id iudicatur expeditum ad eum confundendum, & communendum. Secundum potest ob eandem rationem penitentiam aliquam iniungendam vel flagellationem. Tertiò nimis cum terrere. Quartò

Ferd. de Castro Sum. Mor. Paris. I.

præcipere etiam sub excommunicatione ipso facto incurrienda, ne talen locum suspectum radeat, neve cum tali persona loquatur: quod præceptum poterit imponere coram ipso delatore, & testibus, vt sit de eis transgressione clarius confer, quia haec omnia non excedunt paternam correctionem, & potestatem, quam habet pater in filios: & ex alia parte semplena probatio delicti sufficit ad hanc præstanda; vt opimè, & prudentissime notauit ferè eidem verbis Franciscus Suarez cap. 4. de relig. lib. 10. cap. 10. num. 14. & cap. 12. num. 37.

11 Sextò, si delictum in damnum communis, vel tertij credit, & via denuntiationis paterna, si remedium sufficiens non adhibetur, vel quia subditus durus est, negatque delictum, & emendationem non promittit, poterit Praelatus præcipere delatori, ut relicta denuntiatione fraternali ad judiciale transfeatur, cui præcepit tenebitur obediens, nisi ob graue periculum sibi immensum excusat. Nam, vt rectè dicitur decreto 58. congregat. 6. ibi Quando prudenter iudicatur non posse adhiberi sufficiens remedium, sive prouideat bono communis, vel tertia personæ, nisi assumatur in ea officium iudicis; tunc tenebitur subditus ad denuntiationem iudiciale superius faciendam. Et ratio est, quia bonum commune, & innocentis tertij, particulari nocentis præferendum est. Item potest Praelatus creare Fiscalem, qui denuntiationis officium sumat, & facta per illum denuntiatione examinare delatorem tanquam testem qui veritatem tenetur facti, nisi ob aliquod graue periculum à testimonio dicendo excusat. Ex facta hac testificatione procedet ad examinandum delinquentem, cui processus legendum est, vt clare illi conterat Praelatum iuridice interrogare, & sic veritatem fateri tenetur, sic Suarez tom. 4. de relig. lib. 10. cap. 12. num. 44. iunct. num. 30. vbi adiicit aliis relatis non esse necessarium dare re copiam, nomina, testimonia, sed facit esse si testificationes declarentur, suppeditis testimoniis nominibus. Quod certe verissimum est, præcipue in Societate, vbi non est necesse scutare exacte formam iudicij, sed proceditur summarie, & de piano. Adde in omni iudicio religioso existimat, Suarez dicit loco, non esse necessarium nomina testimoniū declarare reo, non solum vt tenetur veritatem facti, sed etiam vt se possit defendere, quia regulariter plura inde inconvenientia sequuntur.

## P V N C T V M X I I .

An si frater emendatus sit de delicto, possit Praelato patri denunciare, ut sic secundum sit à reciduo.

- 1 Proponitur prima sententia affirmans.
- 2 Negat secunda sententia.
- 3 Tertia sententia approbat primam in causa cessionis iuris, illo excepto approbat secundam.
- 4 Resoluuntur probabilis esse fratrem emendatum, & nullum periculum relabendi habentem non esse denunciandum superius, neque cessionem iuris in Societate ad hunc casum se extenderet.
- 5 Stante periculo denunciandus est, & quod sit probabile periculum.
- 6 Expenditur quid faciendum sit, cum est dubium, an delinquens emendatus sit.

1 Prima sententia affirmat, quam tenet Ricard. in 4: distinct.

19. art. 3. qu. 1. in corp. Gab. in canon. Misericord. 74. list. V. Rosella, verbo inquisitio. Angel. verbo denuntiatio. n. 10. Graffis 1. part. decisionum lib. 2. cap. 69. num. 30. Idem docet, quando Praelatus denunciare iubet. Gerlon. 2. part. titul. de correct. proximi. Alphab. 34. list. T. vers. tuum peccatum, & videtur consenserit Alphon. Villagut. lib. 2. titul. de denuntiis. Euangel. conclus. 5. pag. 94. & 96. Ratio est potest: ut talis manifestatio potest prodere, & non obesse, prodest enim, vt praelatus occasione, & pericula iterum labendi remoueat, & ex alia parte parum, vel nihil obesse, cum ex scientia illius delicti ad punitionem procedere non possit.

2 Secunda sententia negat Praelato esse denunciandum: ita Adriani. quælibet de correct. §. pro hinc decis. Sotus relet. de secretis membr. quælibet 4. conclus. 4. Nauarr. sum. cap. 24. num. ultim. fine. Atag. 2. 2. question. 3. art. 7. fine. Valent. disp. 3. quælibet 10. p. 5. §. sed redditus hoc negant. pag. 696. Nauarr. lib. 2. de refir. cap. 4. pars. 2. dub. 12. n. 120. D. Thom. Antonin. Sylvest. & alij quos referit, & legitur Thom. Sanch. lib. 6. Decalog. c. 8. n. 14. 9. & n. 60. Eman. Saaver. correctio. n. 4. Probatur, primò ex verbis Christi dicentis, sed te audierit, lucratu eris tuum; quasi dicat ibi esse sistendum, cum ad lucrum fratris correctio ordinetur. Secundò, fama apud Praelatum pluris estimatur à subditis, & agrius ferunt apud illum infamari propter eius dependentiam, quam apud plures socios. Ergo ob solam maiorem securitatem licita esse non potest talis infamatio. Nemini enim licet bona temporalia à proximo auferre, & pauperibus date, vt pro illo orient, vt ex Adriano inferat Valent. supra.

PP 3 3 Tertia

1. Tertia sententia distinguit, aut proximus qui peccauit, renunciavit ius libi conferuandi famam, vel non; si non renunciavit, vera est sententia; si tamen renunciavit, ut renunciari religio Societas Iesu vera est prima sententia: ita docet expressè Valent. disp. 3. quæf. 10. p. 5. pag. 787. & respondeo per distinctionem. Et videatur contentio Suarez. tom. 4. de relig. cap. 10. num. 11.

2. Probat Valent. quia ipse delinquens quantumvis emendatus sit, potest laudabiliter peccatum suum Praelato deferre, ut illum à recidivo caueat, maiori cum securitate. Ergo etiam poterit alius de illius consensu peccatum Praelato deferre, consentit enim iam ob rectum finem in iactura propria fama. Quod autem religiosi Societas Iesu ob huiusmodi finem iuri libi conferuande famam cedant, non probat Valent. sed supponit: probari tamen potest ex reg. 9. summ. confit. ibi enim dicitur, *Ad maiorem spiritus profectum, & præcipue ad maiorem summisionem, & humilitatem propriam contentus esse quicunque debet, ut omnes errores, & defectus ipsius, & res quicunque sunt notatae in eo, & obseruatae fuerint, superioribus per quemque, qui extra confessionem eas accepte, manifestentur.* Ergo sive sit emendatus, sive non, poterunt delicta superioribus manifestari ad maiorem subditorum profectum, & maiorem eorum humilitatem, & submissionem. Item negari non potest prouidentiam Praelati esse maximè necessariam ad tollendas occasiones iterum relabendi; Ergo delatio ad Praelatum esto necessaria non sit ad emendam fratris, est tamen necessaria, & vel scilicet utrilibus ad illius securitatem, & bono communis religionis prospiciendum. Deinde quilibet religiosus (maxime in Societate) tenetur totam suam conscientiam Praelato aperte, omnésque suos errores, defectus, & peccata manifestare, ut constet ex Examinate cap. 4. §. 34. 35. & 39. ut sic melius regi, & gubernari possit, & in viam domini dirigiri. Ergo conqueri non potest, quod alius eos errores, defectus, & peccata Praelato manifestet ob predictum finem, liquide probat quod ipse debebat prestare. Adeo repugnante huic manifestationi merito timeri posse non esse emendatum.

3. Verum mihi probabilius videtur, si certi tibi constat proximum emendatum esse, neque probable periculum habere relabendi, nullo modo posse eorum delicta superiori manifestare. ut securior sit, nisi ipse expressè, in tali manifestatione contentaret, neque consensu in societate praefitus ad hunc casum contendens est extendi: ita tenent Doctores relati pro secunda sententia, & loquens de nostra Societas Thomas Sanchez saprà, & probatur. Nam finis præcipuus in societate, ob quem mandantur delicta superioribus deferri, est correctione ipsius delinquentis, quod abundè constat ex reg. 30. sequenti ad nat. post. 30. & vii dicuntur, *Boni atiam omnes consulunt ab aliis corrigi, & ad aliorum correctionem iuvare debito cum amore, ad maiorem spiritus profectum.* Si ergo frater correctus omnino est, & emendatus: neque periculum sit recidui, cessat finis, ob quem conceperit delicta superioribus deferri. Et confirmo. Si enim ob maiorem securitatem, majorumque humilitatem, & submissionem propriam celfante fine correctionis fieret delicta fratris emendata superiori deferri; licet, inquam, non vni, sed pluribus superioribus manifestare, ut sic delinquens amplius humiliaretur, & securior à reincidentia esset, quod nullus debet concedere, & expressè constat contrarium ex declaratione supradictarum regulorum facta à Congregatione VII. c. 14. & 15. vbi in n. 2. dicuntur, quando ob finis, & rationes allatas (qua sunt profectus spiritualis subditorum, & bonus cum commune religionis) existimat reuelandum, tunc iis tantum manifestare oportebit, qui remedio adhibendo professe poterunt, & num. 5. iterum repetit licet superiori ob predictum finem secreta peragere quacunque iudicauerit expedire ad remedium. Ergo cesante remedio, quia iam frater est emendatus, nemini poterit amplius eius delictum manifestari: Ergo maior profectus, humiliatis, & submissio solùm intenduntur, quatenus ad emendationem, & correctionem delicti necessaria sunt.

4. Dixi, nisi proximus periculum habeat relabendi, si praetertitus eius lapsus superiori non manifestetur. Nam stante periculo manifestandus est, vt præsuerit, quod sentit expressè Valent. cum Adriano, Soto, & diuo Thoma. disp. 3. quæf. 10. part. 5. pag. 787. §. quod si. Et probat. Nam etiam ob huiusmodi finem licet cuilibet priuato, sine cuius ope non reputaretur proximus immunis à relapsa delictum indicare.

Probabile periculum relapsus voco, quando ita proximus occasionibus peccati innodatus sit, vt moraliter loquendo iudicetur, nisi ab illis diueratur: nam de alio periculo magis remotu non est curandum, cum omnibus tale periculum infus ex fragilitate nature. Quapropter Petrus de Ledesma tom. 2. summa, tract. 4. concl. 24. difficult. 6. pag. 290. affirmit, si scias religiosum in luxuriam incidisse non ex malitia, hoc est ex confusione, sed ex fragilitate humana propter occasionem sibi oblatam ut non debere Praelato denunciare, si te corrigi potest; quia tunc non censetur esse in probabilis periculo cadendi. At si ex malitia, & prava confusione peccat, affirmat denunciandum fore, quia iuxta præsumi potest emendatus, sed porius in morali periculo iterum & iuxpe cadendi verfar. Addo in nostra Societas propter celsionem iuris, etiam ex fragilitate peccet, denunciari posse, quia semper præsumi debet melius à Praelato, quam ab alio loco

corrigendum fore, & quando hic maior profectus correctionis interuenit, iam proximus cessit iuri libi conferuanda fame apud Praelatum. Et in hoc sensu verum est quod dicit Suarez supra.

5. Sed quid dicendum, quando dubium est, an delinquens emendatus sit?

Respondeo, si delictum est tantum in damnum ipsius delinquentis, qui iuri fame non cessit, non teneris nullo modo deterrere Praelato, immo nec potes; quia haec delatio honestatur ob bonum ipsius delinquentis; cum autem ignoratur, ut bonum ipsius sit, ignoratur, an si ratio honestans infamacionem. Ergo non poteris apud Praelatum infamare proximum, et in infamacione sit certa, & ratio excusans dubio. Si tamen cessit iuri fame, bene poteris, quia adeo finis correctionis saltem sub dubio, ac proinde sufficiens honestandi actionem. Verum si delicta in damnum tertij, vel communis fuit, qualia censet Thomas Sanchez lib. 6. Decalog. cap. 18. num. 50. & Suarez de char. disp. 8. sect. 6. num. 12. esse fœc omnia religiosorum externa peccata. Tunc, inquam, denuncianda sunt Praelato casu quo dubium sit, an sit delinquens emendatus & timeatur reciduum, nisi praetato manifestetur, quia damnum communiter, vel tertio facendum, eriam sub dubio præponderat fame particularis delinquentis, habet enim ipsa communis, vel tertius innocens ius, ut sibi ab imminentis damno præsueret, etiam si hoc sit cum aliquo iactura honoris aliquius nocent. argum. cap. qui cum, de furiis: & ita docet Thomas Sanchez lib. 6. Decalog. cap. 18. num. 47. Lorca. 2. 2. question. 31. art. 8. disput. 47. num. 20. reg. 4. Petrus de Nauarta lib. 2. de reuictu, cap. 4. num. 71. in 2. edit.

### P V N C T V M XIII.

An licita sit denunciatio judicialis de secretis delictis, omilla correctione secreta, & inductione, testium.

1. Publicum, & secretum multipliciter sumitur.
2. Peccata alia sunt in damnum solius peccatoris, alia in damnum tertia personæ, alia in damnum communis, & quibus sunt.
3. Peccata notoria possunt non premissa correctione judicialiter denunciari.
4. Obligatio huius denunciationis est, cum adeo preceptum superioris, vel cum proximus correctione fraterna non confessus emendandus.
5. Peccata que a te, & ab aliо sciuntur, denuncianda sunt judicialiter, si in damnum tertii vergant.
6. Si delicta solum sunt in damnum delinquentis, primitenda est secreta correcio, & inducio restituti, antequam judicialiter denunciatur, si probabilitate existimatur correcio, vel inducio restituti præfutura.
7. Notatur quedam differentia inter peccata, qua in damnum tertii vergant, & qua solum peccanti nocent.
8. Peccata omnino secreta, & qua in damnum communis, vel tertii vergant, si per secretam correctionem emendari possunt, non sunt judicialiter denuncianda.
9. Si est presumptio non esse delinquentem corrigendum adhuc plures consenti non posse fieri denunciatione indicalem.
10. Contrarium est tenendum.
11. Cum Praelati precipient sibi delicta denunciari absque communicatione cum aliena persona, intelligitur preceptum de delictis, que tibi cordi consistat esse denuncianda, secus de illis, de quibus dubius es.
12. Raro in propriis iniuris est obligatio corripiendi delinquenter.

1. Ponendo primò, multipliciter posse sumi secretum, & publicum, ut constat ex iis, quia tradit gloso, & Panormit. in cap. ex litterarum, de Temp. ord. & cap. vestra de cohabitac. cleric. & mulier. Sylvestro verbo oculum, verbo manifestum, verbo notoriorum, Sotus de regendo secreto. membr. 2. in princ. Nauart. sum. c. 27. n. 125. Valent. 2. 2. disp. 3. q. 10. part. 5. pag. 667. Villalobos trad. 4. de correct. difficult. 30. Suarez. Lorca. & alij infra referendi. Speciales sunt tres gradus publici, & tres gradus secreti, ut dicit Villalob. sapra. & Lorca disp. 47. sect. 3. num. 3. Suarez de charit. disp. 8. sect. 6. in princ. Primus gradus publici est, quando a duobus scitur, & tunc dicitur in iure probable, quia probari delictum sufficiens potest, est nulla eius infamia hi. Secundus gradus publici est, quando non solum probari potest, quia pluribus est notum, sed eius verterat infamia: & hoc dicitur in iure familium, vel manifestum. Tertius gradus est, quando est notorium, quodque nullo modo celari potest, nec negari ab eo, qui committit. & hoc duplicitate contingit, vel notorium notoriate iuris, vel facti. Notorium notoriate iuris, est, quod iam est per sententia declaratum. Notorium notoriate facti quod a maiore parte communis, oppidi, collegij, vel vicinie cognoscitur, modò communis excedat decem personas, quia omnia in materia detractionis aduertimus. Oppotito modo contingit secretum, illud

illud namque est primò, quod in iudicio probari non potest. Secundò, quod eis probari possit, non laborat infamia. Tertiò, quod probari facile potest, si aliqua tergiueratione celeratur, neque est majori parti communitatibus nocum.

2. Pono secundò, ex supradictis Doctoribus, & communi sententia quedam esse peccata, quæ in damnum solius peccantis cedunt, quedam quæ in damnum tertij, quedam quæ in damnum commune. Illa dicuntur peccata cedentia in damnum solius peccantis, quæ solum peccantem lœdunt, v.g. forniciatio, ebrietas, conseruando vexandi. alia dicuntur in damnum tertij, quia tertium lœdunt, qualia sunt adulterium, homicidium, furtum, detracatio, alia lœdunt communitatem, vel in temporalibus, qualia sunt proditio, institutio falsæ monetæ, subornatio ad officia, ex qua sequitur dari indignus, vel omitti digniores, in spirituallibus, vi falsa doctrina, quæ fides, vel mores corrumptunt: ita fecit omnes Doctores, ut videre est in Petro & Nauarra lib. 2. de refit. cap. 4. artic. num. 50. Et præcipue n. 69. in noua edit. Et licet omnia peccata (candalota in periclio sint reipublica), non tam proprie dicuntur esse contra bonum commune quia eorum immaterialia obiectum, non est aliquid bonum communio, propter ipſa lœdatur, quod necessarium requiritur, et dicentur propriæ esse in damnum communiat, vt aduerterit Villalob. tract. 4. difficult. 11. numero 1. Suar. verò de char. disp. 8. sect. 6. & Thom. Sanch. lib. 6. De cal. cap. 18. n. 50. aduerterunt peccata à scelosibus commissa, quæque solum committentem lœdunt, si sunt à religiosis, dicuntur esse peccata contra communiatem, quia communiatum in honore, & fama lœdunt. Vnde si religiosus aliquis fornicietur, & ebrius sit, aut paſſim iuret, honor religiosus non leuitur labefactatur, & vix fieri potest, vt alios ad suam imitationem non pertrahat, propter inūnam inter religiosos communicationem. Fatores hanc doctrinam verisimiliter esse, si intelligatur laſio non quidem directa, sed indirecta communiat. Indicetè enim quodlibet peccatum religiosum in actu extiore p̄diens religionis honorem lœdit: haec laſio non est sufficiens, vt omnia religiosorum peccata censeantur esse in damnum communiat, & tanquam de prodictione, vel hæretis sit de illis indicandum. Nam hoc modo nullum est peccatum quod in damnum commune non vergat, cum ferè nullum sit, quo non lœdatur aliqua communitas, in qua peccans vivit. Si enim sit Ecclesiastis contenitum status à scelosibus, si scelosibus, consanguinei. Quapropter Suar. tom. 4. de relig. lib. 10. cap. 12. num. 10. dicit non omnia peccata religiosorum censenda esse vergeant in damnum communiat ratione obiecti, neque ratione scandalis, & Congreg. VI. decreto 57. & Congregatio VII. in cap. 15. de manifestat. delicti. n. 7. enumerans delicta, quæ in detrimentum boni communis, vel in damnum imminens tertii perlonge vergunt, enumeravit, que directe sunt infectiua aliorum, & nocuia bono religionis, feliciter, lapsus carnis cum tertio, seminatio disordinariorum fratrum, furtum, impugnatio, vel machinatione contra institutum, aut superiorum, p̄ se seruum generalium, confuetudo derbandi, aut suſurrandi, & similia. Iis potius.

3. Dico primò peccata notoria, hoc est, quæ in praetexta multorum, vel alio modo à pluribus cognoscuntur, possunt statim non præmissa correctione fraterna iudicatice denunciari, conuenientem omnes cum D. Tho. q. 33. art. 7. in princ. iuxta illud Pauli i ad Timoth. 5. Peccantem coram omnibus argue, ut exteris, tunc rem habeant. Ratio est. Qui enim in publico peccat, eo ipso renuntiat iura secreta, neque sperari potest corrigitur per monitionem secretam, cum prætentiam hominum, & leges monientes non sit veritus. Secundò, In tali denunciatione non solum emendatio fratris intenditur, sed etiam intenditur reparatio scandali dati media punitione; hac enim punitione à peccato deterrentur, quantum per malum exemplum videbantur intenti.

4. Obligatio autem denunciandi haec peccata sunt erit, quantum ad preceptum superioris, vel quando ex illis imminet damnum tertii, aut communiat, quodque per denunciationem potest reparari. Si verò peccata non sint in damnum tertij, sed solum in damnum ipsius delinqüentis, & præsumitur emendandus per correctionem, eo quid peccatum non tam ex malitia, quam ex ignorantia procedit, tentanda videtur secretaria correctione, antequam denunciatur, vt evitentur damna, & denunciatione processu: ita relato Adriano, & Paludano doceat Lorca 2. 2. q. 33. artic. 3. disp. 47. n. 17. Cordub. in annot. ad Sotum, memb. 2. c. 4. cond. 1. Nauarra lib. 2. de refit. cap. 4. dub. 8. n. 66. in 2. edit. Villalob. 2. 2. sum. tradit. 4. diffi. 10. n. 2. Suar. tom. 3. de relig. lib. 20. cap. 12. n. 16. Hoc intelligendum est, nisi adhuc preceptum denunciationis, quod abuso dubio implendum est non obstante secretaria correctione, & emendatione proximi ob finem prædictum, ne delicta maneam impunita, & videntes timorem habeant.

5. Dico secundò. Peccata, quæ partim sunt secreta, partim publica, quæque sunt, quæ non solum à te, sed etiam ab alio scintiunt, quæque in iure vocantur probabilia, denuncianda statim sunt, si in damnum tertij vergant. Neque opus est præmittere correctionem secretam, inductionem vt testium, nisi cau quo finiteret creditor correctionem secretam profuturam, ita Suar. hisputat. 8. de charit. sectio. 6. num. 7. & de religio. tom. 4. lib. 10. cap. 12. numero 33. & 42. Agid. de Coninch. 2. 2. 10. p. 28. dub. 8. articul.

n. 147. Villalob. tract. 4. de correct. difficult. 11. Lorca disp. 47. n. 20. affirmat esse omnium Doctorum Ratio, quia per denunciationem & defendit, & inoccens, & corrigitur delinqüens, qui nec corrigendus intelligitur, neque inoccens sufficenter defendendus, nisi denuncietur. Vnde si firmiter creditor profutura correctio, & inoccens defensus per monitionem, non debet fieri denunciariorum iuridicarum alii relatis Nauarra lib. 2. de refit. cap. 4. n. 70. Et seq. secunda edit. Villalob. tract. 4. de correct. diffi. 12. n. 1. Suar. dicto cap. 22. n. 42. & Coninch. supra. In peccatis autem, quæ sunt contra bonum commune, vi, hæres, & prædictio, tardò, vel nunquam præsumi potest correctio delinqüentis ex secretaria monitione, id est, quæ denunciandus statim est delinqüens, vt boni communis prouideatur, & maximè stante præcepto denunciandi lato à iure, & ab Inquisitoribus. Inquisitores enim nolunt cuilibet particulari committere iudicium ferre, an per secretam correctionem delinqüens hereticus possit entendari, sed ipse iudicis esse volunt, ac proinde est in aliquo casu credentes emendandum per tuam secretam correctionem, adhuc non teneris corrigitur, sed debet statim denunciare: vt docet Arevalo de correct. fol. 188. Seraphinus Fayras. quest. 18. num. 50. Leſius de inst. cap. 30. dub. 6. Villalob. tom. 2. tract. 4. diff. 11. Suar. de fide dispit. 20. sect. 4. n. 11. Et tom. 4. de relig. lib. 10. c. 12. n. 42. Agid. de Coninch. supra. Ioann. Sanch. select. diff. 11. n. 56. qui hanc doctrinam extendit ad peccata suspicionem hæretis habentia, qualia sunt, quæ in editiis Inquisitorum apponuntur.

6. At si delicta solum sunt in damnum delinqüentis, præmittenda est ex precepto diuina secretaria correctione & inducitio, testium, antequam iudicatice denunciatur, si probabiliter existimat correctio, vel inducitio testium profutura. Ita Soto de secreto. memb. 2. quæf. 4. concl. 2. & 3. Nauarra. sum. cap. 24. num. 14. & alii pluribus relatis Lorca disp. 47. numero 19. Suarez tomo 4. de religion. libro 10. capite 12. numero 36. Villalob. tom. 2. sum. tract. 4. difficult. 10. n. 8. & testantur esse communem. Ratio est, quia denunciatio iudicatice tendit ad bonum commune delicto delinqüentis damnificatum, & per monitionem reparandum, & secundariò ad delinqüentem corrigitur. Cum ergo per huiusmodi peccata bonum commune non sit lœsum, & ex alijs parte non apparet necessaria iudicatice denunciatio ad delinqüentis correctionem, nequaguam debet fieri, quin secerit prius corripatur. Secundò si in iis peccatis non est seruandus ordo correctionis, in nullis venit ex necessitate seruandus. Nam in peccatis omnino secretis raro potest ad denunciationem iudicatice procedi, in omnino publicis non est præmittenda secreta, neque inducitio testium. Ego ne dicamus processum correctionis à Christo præscriptum fore inutilis, affirmandum est in iis peccatis, quæ partim sunt secreta, partim publica, seruari optime posse.

7. Est tamen magna differentia inter haec peccata, quæ solum peccanti nocumentum afferunt, & inter illa quæ alii nocent. In peccatis enim solum peccanti damnificantibus sufficit probabilitas spes, seu non desperatio fructus, vt correctio secreta debeat ex precepto diuina præmitti. At in peccatis damnum tertio affectibus requiritur moralis certitudo, seu spes certissima de correctione, & deputatione omnium dannorum, quæ timentur: ita cum Ricar. diff. 18. art. 3. q. 1. docuit Suar. de charit. disp. 8. sect. 6. n. 6. pag. 760. Quapropter, vt bene aduerterit Lorca supra in iis peccatis, quæ partim sunt secreta, partim publica, quæque peccanti solum inferunt damnum, regulariter seruandum esse ordinem à Christo præscriptum.

8. Grauissima tamen est difficultas, an in delictis omnino secretis, qualia sunt quæ ab uno præter committentem sciuntur sint iudicatice denuncianda, si in damnum tertij, vel communis vergant? Et quidem si per monitionem secretam delinqüenti, vel alteri tertio factam sufficienter intelligitur damnum imminens reparari, claram est non habere locum iudicatice denunciatioem: haec enim solum apponi potest in præsentis ad impedendum damnum tertij, vel communis. Si ergo hoc impedire sufficiens medio alio non ita nocuio, & inflamatio delinqüentis, illud medium debet apponi, & denunciatio iudicatice omittit, debet enim proximum mederi minori damno, qui potest excludendum tamen est crimen hæretis ob ea, quæ ibi diximus.

9. At si præsumitur delinqüens non corrigitur per secretam monitionem illi, vel tertio, cui damnum parat factam, plures Doctores videntur affirmare non posse ad denunciationem iudicatice denunciare, sed debere dicere Prelato, vt patri, vel alii, vt obseruent, & possint esse testes in iudicio: ita Duran. in 4. diff. 16. q. 4. Soto de secreto. memb. 2. quæf. 4. concl. 2. exprelse Nauarra lib. 3. de refit. cap. 2. num. 35. 8. in 2. edit. Henr. q. alii relatis, lib. 13. de excommunic. cap. 18. num. 3. Eman. Saa verbo censura. num. 4. Et in edit. Romana, verbo correctionis 5. & verbo denunciatio, Suar. de Charit. disp. 8. sect. 6. num. 6. fine, loquens de delictis, quæ cedunt in commune damnum, dicit: si occulta penitus sunt, hoc est, si nullus alius præter te sciat, superiorem esse admonendum, vt vigiles. Inferunt ergo non esse admonendum, vt possit indicare. & num. 10. loquens de delictis sanctorum Inquisitionis ait. Si delicta non sint talia, vt via Inquisitionis possint Inquisitores de illis interrogare iuridicè, tunc credendum est eos procedere secundum ordinem fratrum correctionis. Et hic ordo seruandus est, vt D. Tho. art. 7.

in solut. ad 5. explicat, neque aliud expedit, aut necessarium est communis bono, cui sufficiat, ut publica delicta puniantur, & occulta conuenienti ordine charitatis cohabeantur. Neque enim per se loquendo habent superioris ius ad punienda peccata occulta, Thom. Sanchez. lib. 6. decal. c. 18. num. 6. vbi crimen ambitionis in societate repatur, & optimè esse directe in damnum commune, affirmat, inquam, fore denunciandum, etiam si secretum sit, & probari non possit; quia non sit, [inquit] denunciatio Præposito generali ut iudicetur, sed ut pati: neque enim ex tali denunciatione punire publice potest delinquenter, & inhabilem reddere. Ergo sentit Thom. Sanchez. delicta omnino secreta, quae probari non possunt, non posse judicialiter denunciari, præcipue si ex tali denunciatione punitio sequenda fuerit. Lycia 2. 2. q. 33. art. 8. disp. 47. num. 6. afflatus omnes sine controvira ita sentire & num. 15. dicit Prælatorum religiosorum raro posse præcipere, ut aliquid occultum sibi etiam ut pati manifestetur: quoniam non potest illis satis constare, utrum res in eo statu sit, ut subditus licet occultum prodatur, & magnam occasionem perplexitas illi probent, & idem optima regula est illa. S. Thom. art. 8. in solut. ad 1. Prælatum tunc solum posse præcipere, quando inquietare, potest autem, quando adest denunciator, aut infamia, quod intelligendum est tam de paterna, quam de judiciali inquisitione, quia S. Thom. indistincte, & viuerius loquitur. num. 16. vbi dubitat, an sic non licet deferre ad iudicium hoc genus occulti denunciando, ita etiam non licet testificando? Et responder eandem esse rationem, quoniam nemo testificari potest, nisi crimen probabile, quia adest alius testis, vel faltem infamia. & no. 21. dicit. Si superior præcipiat denunciare, quantumcumque absolue præcipiat, non obligat, nisi circa crimen, quod probari potest, & seruato correctionis ordinariales esset præcepit iniustum. Alphonsi de Villagota in sua pract. canon. lib. 2. tract. de denunciati. Evangel. cap. 9. concil. 5. c. 4. & 5. concil. 4. pag. 101. lat. è probat cum Panormit. & aliis delictum, quod non potest probari, quia nullus alius præter denuntiantem fecit, non posse judicialiter denunciari ex capite, hoc videtur, 22. quast. 5. & ex capite, erubescant, 37. disting. vbi. Urbanus. De manefactis loquimur, secretum cognitor Deus, & in capite plerunque. 1. quast. 7. dicit. S. August. plerunque boni viri propter ea sufferunt allorum peccata, & racent, quia defunduntur a publicis documentis, quibus ea, quae ipse scimus, probare iudicibus non possumus. Ratio horum Doctorum est, quia non potest esse iudicium sine sufficienti probatione. Ergo vbi haec est impossibilis, cessat obligatio denunciandi, que ad iudicium comprehendunt ordinatus. Neque obstat videtur aduersus hanc doctrinam vñus Prælatorum peccata omnino occulta sibi denunciari præcipient, vbi certum est non præcipi denunciationem paternam, sed iudiciale, siquidem coram Secretario, & propria manu signatur denunciatio, & illa facta sine villa correctione secerat Fiscalis, accusat, & denuntiantem, ut testem presentem, & delinquens capitur, & punitur. Non, inquam, obstat hic vñus, nam Prælatorum procedunt via inquisitionis generalis, ipse autem denunciants debet videre, quia denunciante debet; non enim iudices limites charitatis fraternalis in illis casibus, in quibus obligat, transgredi intendunt, neque peccata, quae probabilitate non sunt, sed penitus occulta volunt ad fuum tribunal deferri, ut optimè dixit D. Tho. 2. 2. quast. 33. art. 7. ad 5. Talium enim peccatorum dum probabilita non sunt, solum est iudex ipse Deus, cui omnia sunt manifesta:

10 Verum meo iudicio omnino dicendum est te posse, & debere delinquenter aduersus tertiam personam, vel commune bonum Prælatorum ut iudici denunciare, si alia via tibi non sufficit damnum impediendi, etiam si probare non possis, sed solum tu sis, qui noueris, modo non noueris per confessionem, & manifestatio delicti sufficiat damnum impidiere aliquomodo, eti si non perficitur, ita expleso docet Sylvestris, verbo corripio, quast. 5. Eman. Saa, in edit. Rom. verbo denunciari. Valen. disp. 3. quast. 10. p. 5. pag. 677. Villalob. tom. 2. sum. tract. 4. dist. 1. n. 2. & 4. & restatur esse communem, Iesu lib. 2. de iust. cap. 30. dub. 2. num. 13. & dub. 6. num. 43. & multis allegaris Thom. Sanchez. lib. 3. de mair. disp. 13. art. num. 2. vbi volentes contrahere cum impedimento, etiam si impedimentum infamatorum sit, probare esse denunciando iudici, quantumvis occultum impeditum sit, probarique non possit, augetque Congregatio. V. II. illo decreto de manefactis, delicti c. 15. t. p. m. 8. vbi dicit, quando prudenter indicetur non possit adhiberi sufficiens remedium, quo boni communis, vel tertiae persona prouideatur, nisi assimilatur in ea re persona iudicis, tunc tenetur subdurus ad iudiciale denunciationem superiori faciendam, & loquitur congregatio in roto illo decreto de delictis occulis omnino.

Ratio conclusionis est, quia haec denunciatio non tam ad punitionem delinquenter, quam ad præcaendum damnum, quod intendit inferre, ordinatur. Ergo non est curandum, quod ipse delinquens infametur, vel vexetur per denunciationem, haec enim consequuntur per accidentem, quod enim primò intenditur, est defensio innocentis, vel boni communis. Neque obstat delictum probari non posse, ut sciens non tenetur denunciare, quia non denunciat, ut probet delictum, sed ut damnum impedit, quod per denunciationem impeditur, & licet sufficiens per denunciationem damnum non impeditur, nibilominus debet denunciare,

quia per denunciationem apertis viam iudici, ut inquirat, & querat media impediendi, ut optimè notauit Thom. Sanchez. lib. 3. de matr. disp. 18. n. 2. Eman. Saa suprà, verbo denunciatio. Neque Doctores iuprà relativos sententia nobis dissentire non enim credibile est illos velle non esse denunciandum delinquenter, qui ciuitatem pararet incendere, si alia via præter denunciationem iudiciale non sufficerit impediendi damnum. Est enim iniquum non facere boni communis ob delinquentes detrimentum. Quare debent intelligi de denunciatione ad punitionem, non de denunciatione ad præcaendum malum impendens requisita.

11 Solum aduerto, quando Prælaci, seu Inquisidores mandant denunciationem sibi fieri de iis, & aliis delictis, absque eo quod cum aliquo communies, hoc intelligi debet de delictis, quae tibi certum constant in edictis continet, quaeque tibi mandantur denunciari. Nam si dubius es an peccata, quae scis, sint contenta in delictis vel non, poteris absque dubio confundere confessari, vel virum doctum, & neque haec communicationem intendunt. Inquisidores prohibere, ut aduerterit Ioan. Sanchez. select. disputatio II. n. 57. cum Arevalo de correct. fraterna, fol. 188. & Bannes 2. 2. q. 33. art. 8. dub. ad 7. argum.

12 Sed inquires quid dicendum in propriis iniuriis? Respondeo, raro in his est obligatio corripiendi secretum delinquenter: quia raro inveniuntur iniuriatus, cuius graue non sit iniuriam fraternaliter corrigit, & cuius correctio ab iniuriato admittatur. Potest tamen iniuriatus satisfactionem expostulare apud iudicem, si alia via non ei ostenditur, & denunciare delinquenter in omnibus casibus, in quibus diximus denunciari potest delicta alicui alteri damnum inferringa, ita ex Arag. 2. 2. quest. 68. art. 1. docet Villalob. tom. 2. sum. tract. 4. disp. 12. num. 2.

## P Y N C T V M X I V.

## Quando cesser obligatio denunciationis iuridicæ.

1. Delinquentes, quorum delicta non laborant infamia, & confessando esse, non sunt judicialiter denunciandi, & quid dicendum, vel de criminis heresis.
2. Quando presumi potest delinquens emendatus, ut cesser obligatio denunciationis.
3. Delictum a duobus vel tribus nostris, si iudex ad punitionem procedit, non est denunciandum.
4. Neque item est denunciandum, si sub secreto delictum acceptisti, modo delictum non cedat in damnum tertii.
5. Accepta in compensationem non sunt manifestanda ob præsumptum latum de reuelanda furis.
6. Quid præceptum sit de manifestando accepta tametsi accepta sunt in compensationem?
7. Si tibi graue damnum ex denunciatione imminet non tenere denunciare, vel si compellendus es probare, nec potes.
8. Tandem excusans a iuridica denunciatione, si à fide digna non accepteris.

1 Delinquentes, quorum delicta non laborant infamia, si constat emendatos esse, esto fuerint delicta in damnum tertii, vel communis, denuncianda non sunt, nisi feret omnium sententia, ut constat ex Doctoribus in superiori punto pro nostra conclusione allegatis. Nam ea de causa delicta secreta dicimus posse iudicibus manifestari, ut impediatur damnum tertii, vel communis, denunciari, ut iugis efficiatur damnum, celsat & ratio iustificans maniflationem. Præterea quia in causa iudicis solidum procedit ad punitionem, quando vero iudex ad punitionem procedit, requiritur delinquenter infamia laborare. ut est decisio in c. inquisitionis §. tertio, de accusat. & probat bene Iesu lib. 2. 19. dub. 15. n. 12. & dicimus disp. de indice, & in propriis terminis docet Suar. de charit. disp. 8. sect. 9. n. 10. Cordub. in sum. q. 6. p. 2. & Nauart lib. 2. de refut. capite 4. dub. 10. n. 98. Hac enim delicta iam emendata habentur, si non efficiuntur commissa, solum ab hac regula generali explicit Suar. disputat. 10. febr. 4. numero 13. & Ioann. Sanchez. disp. 11. numero 11. crimen heresis proprii eius atrocitatem, & infamiam, quod licet iure natura denunciandum non sit, si iam sit emendatum, & ex vi præcepti ecclesiastici affirmat denunciandum fore. Quae delicta vera est, si ponamus esse delictum probabile: nam cum in illo casu possit licens denunciare ad punitionem, debet emendatus denunciare, & hoc modo explicat Eman. Saa. verbo denunciatio, in edit. Romana, affirmantem cum Tolet. Soro, & Nauart. hareritum, quem scilicet respulisse, non teneri denunciare. De aliis vero delictis plures Doctores non insinuare note contentane emendatione nullo modo esse denuncianda, si occulta sunt, hoc est, si infamia non laborant: ita innumeris relatis. Thom. Sanchez. lib. 6. decal. c. 18. n. 4. Nauart lib. 2. de refut. c. 4. num. 119. in 2. edit. Ioann. Sanchez. disp. 11. n. 53.

2 Sed inquires, quando presumi potest delinquens emendatus: Respondeo prudente arbitrio esse relinquendum; si enim omnino apparent occasions sublatæ, & presumenda est emendatio. Ex solo decursu temporis, nisi longum sit, non est praesumenda correctio. Quando vero post commissum delictum longum

gum tempus præcessit, præsumendum est delinquens correctus, nisi aliquid conferre reincidentia ita expresse loquitur. Sanch. *disp. 11. folio 17. n. 52.* loquens de denunciatione solicitationis facta à confessario, & affirmat cum Aenea tract. de confessar. sollicitantibus, q. 2. ann. 15. ad tribunal inquisitionis non esse defertos, quando longum tempus præcessit à commissione delicto. Et explicans statim quid conferatur longum tempus, affirmit tres annos sufficere ad emendationem præsumendum in crimino, ex Maledict. *concl. 600. numero 14.* Alciat. *reg. 2. præf. 7.* Farinac. in *praxi. quest. 21. art. num. 26. & dec. 52. num. 10. lib. 1.* vbi agit de suspecto de heretico, qui abiuravit; tenet eadem sententiam, & adducit hos Doctores Seraphinius Frustas in *addit. ad Aeneam, questione 3.* num. 32. & 33.

Secundus casus, in quo cessat denunciationis iuridice obligatio, est quando delictum duobus, vel tribus tantum est notum, & iudex ab precium procedere intendit: tunc enim non est manifestandum: ita cum Corduba in *sum. quæst. 64. p. 2.* *tit. Nauarra. lib. 2. de refut. cap. 4. dub. 10. num. 99.* in 2. edit. *Nauarra. cap. inter verba concl. 6. n. 21.* & in rub. *in dub. 10. lib. 18. concl. 2. in 10. 2. tit.* Quid intelligendum est cum supra dictis Doctribus de debet, que in damnum tertii non vergunt: de his enim absque infamia non iuste procedit iudex inquiringe, quia infamia est, ex inquisitione aperit viam, ex capite qualiter & quando cl. de accusat. & dato quod ipse iudex iuste procedet, adhuc tu iuste facies quia ratio boni communis non exigit punitionem delinquenter, quoniam a populo delictum fecerit, & delinquens infamia sit: ita aliis relatis Lefsius *lib. 2. de iustit. cap. 30. dub. 1. num. 7. secunda edit.* Si vero delicta in damnum tertii sunt, nequemendata tencit ut dictum est, denunciare iuridice, si alia concilio, vel denunciatio paterna non appareat sufficiens.

Tertius casus excusans à denunciatione facienda, est, si sub lege delictum acceptisti, quia tibi ratione perendi consilium, vel remedium est manifestatum: tunc enim etiam præcedente infamia, semplena probatione, non tenet delictum, imo nec possit manifestare, & peccares non solum contra charitatem, sed etiam contra iustitiam, & ad restitucionem dannorum teneris, ita docete videtur D. Thom. *1. questio. 10. articulo. 44. 2. Cordub. in sum. quæst. 64. cap. 3.* & *lib. 99. quæstio. 43. dub. 2. pag. 346. col. 1.* *Nauarra. cap. 25. numero 41.* & *46. cap. 7.* & *capit. 18. numero 52.* & *numero 60.* Petrus Nauarra aliis relatis, *lib. 2. de refut. cap. 4. numero 102. 2. edit.* Eman. Saa, cum aliis verbo iudicantes *tit. 1. sum. 5. tertia. numero 6.* Lefsius *lib. 2. de iustit. cap. 30. dub. 6. numero 45.* Ratio, quia etiam bonum commune expostulat delinquenter infamiam puniri, & non tamen expostulat ut iudet ad punitionem, qui sub lege, & occasione remedii cognovit; acserentur enim misericordia & remedium petendo. Unde in nostra Societate, vbi quilibet potest defectus allorum. Prælati deferre, ut pati, ad maiorem delinquenter profectum. Excipitur hic casus, in quo sub lege gratia perendi consilium accepteris, ut expresse habetur *tit. 5. congregat. 6. & cap. 10. illius congregat. §. 2. & queritur sum. 4. de relig. lib. 20. c. 7. m. 23.*

Hoc tamen doctrina vera est de delictis, quae in damnum tertii non vergunt, nam si huius conditione sunt & damnum imminet republika, vel tertii, tenueris, si ipse non delictum manifestat, & quoniamvis sub secreto accepisti, modo non sit sub figlio confessionis, dignus est enim ut tibi frangatur fides etiam iusta, ut reparacionem damni seipstib[us] vel tertii innocentia sit. Eman. Saa, Nauarra, Lefsius, *sppr. & innumeris, ut foliis allegatis, Tho. Sanch. 1. 3. de matr. disp. 23. art. num. 6.* Ex qua doctrina typicit Nauarra. Iulium Claram *lib. 3. sentent. 8. fin. 27.* & *de iust. lib. 4. conf. 102.* alientes non tenet quoniam ex precepto superioris, manifestate rem futuram, si habeat ab ipso fure, & non aliunde: intelligitur, enim quando post deficit, & reficitur, quia tunc non ad emendationem, sed ad punitionem procederet index.

Quartus casus est, quando quis rem alienam accepit in recompensationem sui debiti, modo debitum sit ex iustitia, & liquidum, & alio adhuc circumstantie honestantes compensationem, de quibus in materia de restitu. tunc enim neque tenueris de te, nec de alio debitum manifestare, etiam sub iuramento, & excommunicatione recipias, ita relate *Cordub. q. 6. cap. 4. & q. 11. ad finem 5. q. 63.* Vbi loquitur de exhibenda scriptura in rump damnum. *Nauarra. cap. 17. n. 14.* Med. Cod. de refut. q. 1. *cap. 12. & q. 11. docet Petr. de Nauarra. lib. 2. de refut. cap. 4. n. 105. in 2. edit.* Lefsius *lib. 2. de iustit. cap. 30. dub. 6. n. 50. secunda edit.* Tho. Sanch. *lib. 3. de matr. disp. 1. in cas. simili. n. 3.* Eman. Saa *censura. numero 3.* Ratio, quia excommunicatione futur ibi ob futrum manifestandum, & in tali casu nullum fuit commissum, si quidem non alienum, sed proprium accepit. Ergo excommunicatione, & præceptum ad illum non extenditur.

Sed quid si mandatis reuelare acceptum ab alio, etiam si scis in recompensationem accepisse, qualiter soler mandari ab auditoribus Romane curie ob vitandas fraudes, quae sive continet accipiendo in recompensationem, quod nullo modo debitum erat? Angel. *verb. futurum.* & Nauarr. *cap. 17. n. 124.* & *cap. 25. n. 46.* absolute docent neque in hoc calu scientes teneant reuelare, tunc ex eius reuelatione, multæ molestiae recompensantibus sibi

debita oriuntur. Quod intelligendum est, quando tibi constare in recompensationem legitimam accepisse, nam si dubitas, an ius tuum fecerit recompensationem debes, nisi dubium deponas, manifestare, quia præceptum est clarum, & ratio excusans dubia, ac proinde possidet, præceptum, ita Petr. de Nauarra *lib. 2. de refut. cap. 4. num. 206.* in 2. edit.

Quintus casus est, quando cogendum essem probare, quid denuncias, cum re vera non posse, vel aliud detrimentum tibi ex denunciatione venire: cum gravii enim detrimento non tenetis damnum alicui impendens impedit, nisi forte esset damnum commune, quod ex tua denunciatione esset impeditum: tunc enim teneritis aliquod damnum pati ut evitaretur: fecis econtra, ita cum Corduba, & Nauarro, tenet Petr. de Nauarra *supra n. 107.* Eman. Saa verbo iudicantes *tit. 5. Couarrua. tract. 9. q. 18.* Lefsius *lib. 2. de iustit. cap. 30. aut. 6. n. 50. §. sexto.* in 2. edit. & in casu simili Thomas Sanchez *libro 3. de matrimonio, disp. 23. num. 4.*

Sextus casus est, si iubetas denunciare crimen, quoque modo scias, non debes denunciare, si a fide dignis non accepisti, vel si non recordaris, a quo accepisti. Norareris enim levitatis, & proximo damnum haec vila vilitate inferres, & forte sine fundamento: ita relato Corduba docet Nauarra *lib. 2. cap. 4. dub. 10. num. 108. 2. edit.* Lefsius *suprà §. septimo.* Thom. Sanchez *concl. 2. num. 7.*

### P V N C T Y M X V I .

#### An accusationem debeat præcedere secreta correctio.

1 Negatur à pluribus præmittendam esse secretam correctionem incusationi.

2 Opposunt affirmatur ab aliis.

3 Media procedunt: via qui dicunt non esse præmittendam correctionem ex iustitia, bona tamen ex charitate.

4 Probabilis est non solum contra charitatem, sed etiam contra iustitiam ex accusare delictum, quod eti probari possit, non laborat infamia.

5 Quoties à iure datus facultas accusandi non est peccatum contra charitatem accusare.

Plures Doctores negant præmittendam esse correctionem secretam accusationi. Nam accusans non tam intendit emendationem delinquenter, quam punitionem delicti committi, & satisfactionem offensis facta tertio, vel reipublica. Non ergo adstringitur corrigerre, cum correctio ad emendationem tendat. Deinde committens delictum coram aliis, rem publicam offendit: habet ergo quilibet ex republica ius cum accusandi, ut damnum quod per peccatum republica acceperit, per punitionem delinquenter reparetur: per peccatum enim iniuriant fuerunt homines ad similia patranda, debent ergo detinerti, & colligunt per punitionem ipsius: sic docet Adrian. *in 4. de correct. finitima. col. 17. des. ad. 2.* Sotus de regendo secreto membra. *1. 1. Nauarra. cap. 18. numero 10. Cordub. de derat. g. 2. cont. 4. & quæst. 3. concl. 4. & scoto in 4. dub. 15. & Driedo de libert. Christiana. lib. 2. cap. 10. & colligunt ex cap. qualiter & quando 2. de accusat. vbi dicitur. Accusacionem legitimam deber præcedere inscripicio, & denunciationem charitaria munio. Sotus ergo ad denunciationem, & non ad accusationem secreta correctio est præmittenda.*

2. Alij Doctores per oppositum affirmant præmittendam esse mentionem, si emendatio fratris ex illa speratur, ita Dur. *in 4. dub. 19. q. 4. ad. 1.* Sylvest. verbo accusatio. *q. 3. Caet. 2. 2. q. 33. art. 7. Lorca. lib. art. 8. disp. 47. n. 27. & fauete videtur D. Thom. art. 7.* cum vitramque opinionem rerulerit, & nullam improbauerit. At solutard 3. infinitus a contrario sensu, cum delictum non est famosum, habere locum verba Christi *Matt. 18. Racio huius sententie est, quia charitas id videtur exigere.*

3. Media via aliij Doctores procedunt. Affirmant namque non esse præmittendam correctionem ex iustitia, quando delictum est probabile: esse tamen præmittendam ex charitate, si frater intelligitur emendandus priuatis monitis ita Lefsius *lib. 2. de iustit. cap. 30. dub. 2.* Nauarra. *lib. 2. de refut. c. 4. dub. 13. n. 130. §. 13. in 2. edit.*

4. Dicendum tamen in hac re existimo: & qualibet ex istis sententiis sit fas probabilis: at mihi probabilis est non solum esse contra charitatem, sed etiam contra iustitiam, delictum accusare, quod eti probari possit, infamia non laborat Ratio est, quia infamia aperit viam iudicii ad punitionem. Ergo tibi etiam ad accusandum. Ergo sique sit infamia, clausa tibi est porta accusationis. Excipit nisi contra tertium directe: tunc enim accusatur, quia non ad punitionem tantum, sed ad correctionem ordinatur, institui potest eo ipso quo possit probare, ut latius in disp. de accusat. Deinde punio publica est ad reparacionem iniurie factæ reipublica, vel alicui tertio. Peccata autem, quae directe non sunt contra rem publicam, vel tertium, non continentur reipublica, vel tertio iniuriam facere. Ergo non est circa illa punio publica quadrata.

3 Secundus

Secundū dico, quoties à iure tibi datur facultas accusandi, non peccas contra charitatem etiā accusles non enim iustitia aduersus charitatem esse potest. Vnde etiā videatur contra charitatem esse délinquentem accusare, quem correctione secreta emendare poteras, at vero non est contra charitatem, cūm ipse se delinquendo huīusmodi damno exposuit, & bono communis, quod per accusationem intenditur, sufficienter compensatur. Adeo, manifestatio secreti delicti de se non est contra charitatem, quatenus charitas est virtus specialis, sed est contra iustitiam. Ergo si secludamus à tali manifestatione peccatum iniustitia, & peccatum contra charitatem demus secludere. Denique si contra charitatem est accusatio delicti, quod potest correctione secreta praecaueri, est contra praeceptum Domini lacum, March. 18, at ibi non loquitur Christus de accusatione, sed de denunciatione Evangelica, quā potius ad correctionem, quam ad punitionem procedit. Ergo.

## P V N C T V M XVI.

Vtrū index tenetur repellere denunciationem  
sibi factam de delicto, eo quōd illius  
secretā correcō non  
praecelerit.

1. Proponitur ratio dubitandi.
2. Lorsa sentit obligatum esse iudicem, si commode potest, denunciationem repellere. At si denuncians persisteret, admittere debere denunciationem.
3. Teneat index denunciationem admittere, tametsi denuncians non probauerit denunciationem praecellere.
4. Satis ratione dubitandi, n. 1 adducto.

**R**atio dubitandi defumitur ex cap. qualiter, & quando 2. de accusat. ibi enim dicitur denunciationem debere praecedere charitatiuam monitionem, iuxta textum Evangelicum: vbi primò corrigendus est frater secretē deinde adhibendū sunt testes, postea si illos non audierit, dicendum esse Ecclesia. Ergo omitiens hos actus aduersus ius diuinum. Naturale, & Canonicum, denunciari. Ergo repellenda est eius denunciatione ut illicita, & contra charitatem, & iustitiam. Ergo non potest index illius admittere alias fauebit peccato denunciantis. Confirmo in supradicto cap. eodem modo dicitur debere charitatiuam monitionem praecedere denunciationem, quo inscriptione accusationem, & clamorā insinuatio inquisitionem, sed sine inscriptione accusatio nulla est, & sine clamorā insinuatio nulla inquisitione. Ergo nulla erit deiugitatio sive charitatiuam monitione. Confirmo secundū, ex doctrina Baldi in leg. ff. de liber. & postib. formam datum à lege, vel statuto non debere omitti, & ex tex. notandum in leg. magna puto. s. penalt. ff. ne rebus eorum. Sed monitione secreta videtur trahi à Christo Domino pro forma, antequam denunciatione Ecclesia fiat. Ergo est nulla denunciatione monitione omilla, & ita videtur tenere Folin, in capitulo de iudicio col. penult.

2. In hac questione lora 2.2. qua 33. art. 8. disp. 47. num. 29. affirmit iudicem obligatum esse in quantum commode possit impeditre denunciationem taliter factam. At si denuncians non vult desistere, posse illam admittere, est requiratur eius officium, teneri admittere. Prima pars probatur ratione dubitandi. Secunda ex eo quōd denunciatione iudicata non habet dependentiam à secreta correctione, neque iure nature, neque diuinio, neque canonico, cūm nullib[us] ob ius omnissimū iuris redditur. Non in iure canonico) de quo poterat esse dubium. Nam in cap. qualiter & quando dicitur, denunciationem debere praecedere secretam monitionem, scilicet accusationem libellus; sed non dicitur debere praecedere eodem ordine necessitatis, alias debet constare semper, cūm denunciatione fit præcisus, secretam correctionem testisque fuisse inductus; quod est contra proximum. Quapropter cap. liet. Heil. de simonia, cūm Abbas Pomposianus ad summum Ponit, ceteras est ob varia criminis, & ipse opposuerit secretū non fuisse correctum, & delatores testarentur correxisse: Pontifex nihil de hoc puncto curavit, sed ad causa dicti monitionis processit. Verum est processus ex officio ob clamorosam de delictis insinuationem, ac proinde non videtur huīusmodi res adæquare probare denunciationem valere omissa correctione.

3. Quapropter certe dicendum renieri iudicem denunciationem admittere, cūsi denuncians non probauerit monitionem praecellere, quod mihi persuaderet vñs iudicūm nihil de monitione interrogantium. Factor tamen ipsius denunciantem non præmissa correctione, cūm debet præmittere, peccare, & iniuriam facere, at validē denunciare. Quia aliud est esse iniustum denunciationem, aliud est validam. Verum si iudici aliquo modo constater monitionem feceram non fuisse præmissam, cūsi quo enet præmittenda, quod difficultate constare potest existimo denunciationem omnino esse repellendam à iudicio, vñpte iniustam, & contra præceptum Dominicaū tradit exp̄r̄s Gloia in cap. iam dicitur, o ñd accusat per textū ibi si confiterit prefatum Episcopum de iam dicitis excessibus non fuisse præmonitum ab eisdem,

à denunciatione repellatis eosdem & cap. analiter eodem simil. tices Heil. de simonia. Stat. tom. 4. de relig. lib. 10. cap. 2. fin. num. 15. Valen. disp. 3. qua 6. 10. p. 5. & posset etiam pag. 682. & 683. Alfonſus de Villagur. in sua præf. l. 2. tit. de denunciatione. Evangel. cap. 9. cond. 4. pag. 10. q. & pag. 11. concil. 3. addit. debere iudicem, ante quam denunciationem admittat, interrogare denunciantem præmerit secretam correctionem, resque inducerit quod si ita fecisse nou probauerit, causamque omissionis legitimam non allegaverit, omnino esse repellendum. Sed quod diximus verius est ob vim receptum.

4. Ad rationem dubitandi patet ex dictis: mandatur enim ille iuris correctionis secreta præmiti denunciatione, ut licita, & iusta denunciatione fiat, non ut valida, cūm non possit denunciarior iuridice dependere à monitione secreta, quæ te ipso, quo lege te, non potest de illa constare.

## DISPUTATIO IV.

De odio, inuidia, discordia, schismate, aliisque charitati contrariis.

**I**evit charitas plures actus habet tam internos, quam externos, de quibus in superioribus dictum est, sic etiam habet plura viae sive contraria, scilicet odium, & proximi, inuidiam, aceliam, discordiam, contentionem schismatis, ixam, seditionem, bellum, & scandalum, de omnibus his hac disputatione agemus. Solūm de scandalo, quia materia latior est, in sequentem disputationem reteruamus.

## P V N C T V M I.

De odio Dei, & proximi, quid sit, & quale peccatum.

1. Odium est charitati contrarium, & est duplex, abominatione, & inimicitia.
2. Proponuntur quadam obieciones, & si illis satia.
3. Quodcumque ex iis cibis circa Deum est mortale, neque fieri possit veniale ex letitiae materia.
4. Circa proximum aliquando esse potest veniale.
5. Odium proximi differt specie ab odio Dei.
6. In odio proximi qui conseruant non esse plures actus specie distincti.
7. Probabilitas est oppositum.
8. Qn̄ ratione odium proximi ab ira, & indignatione, apparet que vindicta distinguatur.
9. Enumerant plures causas, in quibus licetum est proximo velle malum.
10. An optare mortem, vel de illa gaudere ob hæreditatem habendam liceat, proprie negans sententia.
11. Contrarium ut probabile defenditur, si cum debito fias moderatione.
12. Satisfactio contrario fundam n. 10. adducta.

**O**ium charitati oppositum est, velle alieui malum, quā malum illius est. Dupliciter contingit. Primo abominatione ipam personam tanquam tibi contrarium, & desiderando, vt non sit, & hic actus est odium abominationis. Secundū, desiderando illi aliquod malum ex supradicta abominatione, quod vocatur odium inimicitia. Sic omnes Doctores in scriptis refrendi. Vtrumque odium variū posse circa Deum, & circa proximum de fide est. Circa proximum versatur, si ob malum, quod in ipso residerit, vel ob iniuriam tibi illatam aduerseris, velique illum perire, aut aliquod aliud malum illi evenire. Circa Deum versatur; non queramus in se est, quia vt se nihil nisi habeat, sed queramus in eis, tibique difficillima imperat: ob has enim rationes potes illum aduersari, & quantum in te est voleat, vt non sit.

2. Quid si obicitas. Nullus potest velle alteri malum, nisi illud malum sibi esse bonum apprehendat. At in adiunctione Dei, eiusque iniunctio nulla ratio boni esse potest. Ergo. Repondeo nullam rationem boni esse, apprehendit tamen, & existimat, quod sufficit, vt possit Deus odie haberi à non videntibus ipsum. At illi qui Deum claram vident, cūm videant obiectum summe diligibile, nequeunt illum odio habere: sic D. Thom. z. 2. quæstione 34. art. 1. & ibi, Cœterum, Valen. disputatione 3. quæstione 11. p. in fin.

Si infes. Secundū, qui alterum odit, & aduersatur, est ob aliquod malum in eo existens: at in Deo nullum malum esse potest. Ergo noua est capax odij, & auerionis: Repondeo non tempore esse necessarium ad odium, vñ malum existat in persona, quis odio habetur, sufficit, si malum aliquod cauerit. Quapropter eis